 so solus deus est pater. nec dicitur  
 solus filius e deus. nec econ  
 uer so similiter ⁊ d spiritu sancto  
 dicitur idem

Quarta e q pat ⁊ filius ⁊ s. s.  
 est vnus solus deus. ⁊ econuer  
 so vnus solus deus est pater ⁊  
 filius ⁊ spiritus sanctus. ⁊ trini  
 tas e vnus solus deus ⁊ extra

Quinta est q cuz dicimus tri  
 nitas est vnus solus deus. non  
 ite adimus quin sint creature. h  
 q nulla creatura est deus

Sexta est q quando nomina  
 tur vna persona diuina. alie in  
 telliguntur. vnde cum dicitur.  
 nemo nouit patrem nisi filius.  
 non inde separatur pater et spi  
 ritus sanctus. Et est vera vni  
 uersaliter ista conclusio quando  
 nominatur quo ad illud quod  
 sibi non est proprium

**P**ost predicta. distic  
 tio vicesimasecunda  
 cōtinet conclusiones. iij.  
 Prima est q nominum que de  
 deo dicuntur sex sunt differētie  
 Nam quedam sunt notionalia  
 siue pprietatem personarum de  
 signantia. vt generatio. verbuz  
 filius ⁊ huiusmodi. Quedā sunt  
 essentialia que de personis sin  
 gulis dicuntur sigillatim. ⁊ de  
 omnibus sim. vt sunt sapientia

virtus veritas ⁊ huiusmodi. q  
 oam dicuntur translative ac p  
 similitudinē de deo. vt speculū  
 ⁊ huiusmodi. Alia aut nomina  
 sunt dicta de deo ex tempore in  
 relatione ad creaturaz. quoz q  
 oā dicuntur de oibus personis  
 vt dñs creator ⁊ huiusmodi. q  
 oam nō de omnibus. vt datus  
 missus. Alia etiā dicunt de deo  
 ex tpe. sed nō relative ad creatur  
 ra nō vt incarnatus huānatus  
 hoc intellige fm vocem qz secu  
 dum rez. respectū icidūt. Aliud  
 est nomen quod dicitur de oñi  
 bus nō. ⁊ de nullo sigillatim. vt  
 trinitas qd nō dicitur fm substā  
 tiam. h est qñ collectuz ⁊ plurali  
 tatem personaz designat.

Secunda e q ista noia q pro  
 prie pūnet ad singulas psonas  
 dicūt flatie ad iūceꝝ nō sbāliter

Tercia est q illa noia q vitz  
 tateꝝ essentie significāt. ad se  
 dicuntur. Et illa q ad se dicun  
 tur substantialiter dicuntur. ⁊  
 de qlibz psona sigillati et de oi  
 bus oiter et singularit nō plurali  
 ter. vt dñs. magnus. et h nōi

Quarta est q i diuinis. quod  
 ad aliquo dicitur nō substantia  
 liter. h relative dicitur. vt pz de  
 noibus q ad singulas psonas  
 proprie pūnent.

**P**redictis. Distinc  
 tio .xxij. continet con  
 clusiones vij. **Q**ua

est q̄ p̄sona dicitur ad se et dicitur secundum substantiam et dicitur sigillatim de qualibet persona. Nam pater est persona, filius est persona, et spiritus sanctus est persona, et tamen non dicitur una persona tres persone. Et notandum q̄ magister et augustinus locuntur p̄ primo tempore quo nomen nō erat publice impositum ad significandā rem relatiuam, nūc autē significat rē relatiuam licet in illa generalitate eam nō sic importet, q̄ habeat correlatiuum, sicut nec relatio.

Secunda est q̄ ab illa regula q̄ nomina que substantiam significant dicunt sigillatim de omnibus personis et simul in singulari excipitur nomen persone q̄ d̄ tribus nō dicitur simul in singulari, sed in plurali.

Tercia est q̄ greci dicunt tres substantias, i. tres p̄postases et unam essentiam, et nos latini dicimus unam substantiam, unam essentiam, sed tres personas.

Quarta est q̄ nō dicimus tres deos, quia scriptura cōtradicit nec dicimus tres essentias vel substantias, ne in summa equalitate intelligatur vlla diuersitas. Dicimus autem tres personas quia si scriptura non dicit non tamen cōtradicit. Et in deo in-

telligatur singularitas et solitudo, sed vnitas et trinitas.

Quinta est q̄ deus non est dicitur singulariter quia singularitas vel solitudo personarum pluralitatem excludit, nec diuersus, quia diuersitas vnitate tollit essentie.

Sexta est q̄ in trinitate nulla est diuersitas, et si aliquando inueniatur dictum q̄ sunt tres persone diuersę, quia diuersitas inducit separationem diuinitatis singularitas admittit distinctionem trinitatis, et tunc diuersitas accipitur pro distinctione, et est sensus sunt tres distincte persone.

Septima est q̄ quia in deo si est diuersitas nec multiplicitas, deus nō est dicendus multiplex, sed trinus et simplex.

**H**ic diligenter. Distinctio viceesima quarta continet conclusiones novem.

Prima est q̄ cum dicitur vnus deus, multitudo deorum excluditur, nec numeri quantitas in deitate ponitur, similiter cum dicitur vnus pater vnus filius et huius ratio dicti est hec, q̄ non sunt multi patres vel multi filij et ita de similibus.

**S**ecunda est quod cum dicimus plu-  
res esse personas, vel pluralita-  
tem personarum singularitatez  
atque solitudinem excludimus  
non diuersitatem nec multitu-  
dinem ibi ponimus

**T**ercia est cum dicimus tres per-  
sonas nomine trinarum non qua-  
ntitate numeri in deo ponimus  
vel aliquam diuersitatem, sed quod  
non tamen est ibi hec persona vel  
illa, sed hec et illa, et illa, et non  
alia significamus

**Q**uarta est quod cum dicimus duo  
sunt pater et filius non dualita-  
tis quantitate ibi ponimus, sed  
hoc significamus quod non est tamen  
pater, nec tamen filius, sed pater et  
filius et hic non est ille

**Q**uinta est quod cum dicimus di-  
stincte sunt persone vel distinctio  
est in personis confusione atque  
permixtionem excludimus et  
hanc non esse illam significamus

**S**exta est quod cum dicitur alia et  
alia persona non diuersitatem  
ibi ponimus, sed confusio sabellia-  
na excluditur

**S**eptima est quod eo modo ibi ac-  
cipitur distinctio quo discretio  
et congrue dicitur ibi est distinctio  
vel discretio, non diuersitas et  
diuisio siue separatio

**O**ctava est quod cum dicitur, trini-  
tas idem significatur quod tres per-  
sone, et sicut non potest dici pater  
est tres persone, ita non potest  
dici pater est trinitas

**M**ona est quod cum philosophus dicit  
quod unitas est singularis accipit  
singulare pro eo quo alij accipi-  
unt unum cum vero dicit quod tri-  
nitas est multiplex et numeral  
accipit ibi multitudinem et nume-  
rale sicut alij dicunt trinum

**P**roterea. **D**istinctio  
xxv. continet unam  
conclusionem, que est quod  
nomen persone in trinitate tri-  
plicem tenet rationem. Est enim  
ut facit intelligentiam nature ut  
cum dicitur pater est persona fi-  
lius est persona, et spiritus san-  
ctus est persona, id est eterna. Et se-  
cundo ut facit intelligentiam ypo-  
stasis siue substantie secundum grecos,  
ut cum dicitur alia est persona pa-  
tris, alia filij, alia spiritus sancti,  
id est alia ypostasis est patris  
siue alia substantia secundum grecos  
Et tertio ut facit intelligentiam  
proprietas ut cum dicitur alius  
est in persona pater, alius fili-  
us, siue alius personaliter pater  
alter personaliter filius, id est, pro-  
prietate sua alius pater est quam fili-  
us, et filius sua proprietate ali-  
us quam pater paterna enim pro-  
prietate distinguitur ypostasis  
patris ab ypostasi filij, et ypo-  
stasis filij filiali proprietate di-  
scernitur a patre et spiritu sancto  
et spiritus sanctus distinguitur  
ab utraque processibili proprie-  
tate.

**N**unc. **D**istinctio  
xxvi. continet conclu  
siones nouem

**P**rima est q̄ nomie p̄postasis  
Iheronimus dicit nō vtendum  
propter hereticos qui eo male  
vtabantur. Et quia tunc non e  
rat in v.ū. nunc autē dicimus  
tres p̄postasis id ē tres p̄sonas

**S**ecunda est q̄ tres sūt pro  
prietates siue notioēs triū per  
sonaz. quarum vna non est a  
lia. scilicet generatio siue pater  
nitas. nascibilitas siue filiatio.  
et processio. quas proprietates  
illa nomina personaliter desig  
nant. scilicet pater et filius et spi  
ritus sanctus.

**T**ercia est q̄ illa nomina pa  
ter et filius et spiritus sanctus  
relatiua sūt. et ad se inuicem di  
cuntur. quia notant relatioēs.  
que non sunt deo accidētales.  
sed in ip̄is personis ab eterno  
sunt immutabiliter.

**Q**uarta est q̄ non omne qd̄  
de deo dicitur secundū substā  
tiam dicitur. Nam quedā dicitur  
de deo secundū substantiā  
eius. quedā scdm̄ relationem. ni  
chil autem secundū accidens. et  
p̄prietas patris est q̄ habet fili  
um. et p̄prietas filij q̄ h̄z p̄m̄.

**Q**uinta est q̄ proprius est na  
to deo q̄ est dei filius. Est enī  
verus et proprius origie seu p̄  
prietate originis non adoptio  
ne. veritate non nuncupatione

natiuitate nō creatione. sed ho  
m̄ n̄ s̄ dicuntur filij dei facti  
ra vel adoptione. non natiuita  
tis proprietate.

**S**exta est q̄ licet sint multa  
dona dei. tamē spiritus sanctus  
illa proprietate immutabile do  
num est. sicut filius proprietate  
quo spiritus sanctus. et vtroq̄  
nomine relatiue dicitur. licet ip̄  
sa relatio non ita appareat in  
hoc nomine spiritus sanctus si  
cut in hoc nomine donum.

**S**eptima est q̄ trinitas  
potest dici spiritus sanctus.  
quia est spiritus et est sanctus.  
sed tunc non relatiue dicitur s̄  
scdm̄ essentia. quia proprie spi  
ritus sc̄us non est trinitas. sed  
in trinitate dicitur.

**O**ctava est q̄ licet spiritus sa  
ctus dicatur relatiue ad patres  
et ad filium non tamen ad se in  
uicem pendunt vocabulis. pat̄  
enim nō dicitur pater spiritus  
sc̄i. licet spiritus sanctus dicat̄  
patris spiritus. Similiter filius  
non dicitur spiritus sc̄i filius.  
licet spiritus sanctus dicatur  
spiritus filij. h̄ dicimus donum  
donatoris. et datorem doni.

**D**ona est q̄ donū dicit̄ donā  
ris et donator doni relatiue tñ  
donator nō fuit dās nisi ex tē  
pore. licet donū sit ab eterno. Et  
nota q̄ donator in habitu ec̄iā  
fuit ab eterno

**H**ic queritur distinctio  
xxvij. continet. ix. conclusioes

**¶** Prima est q̄ secundū augu /  
stinū proprietates in deo sunt  
tres. quia p̄prium est patris q̄  
genuit filiū. filij autē q̄ sit geni /  
tus a patre et spiritus sancti q̄  
p̄cedat ab utroq̄. secundū hila /  
riū p̄prium est patris q̄ sem /  
per pater est. et filij q̄ semper ē  
filius. et sp̄s sancti q̄ semp spi /  
ritus sanctus ē siue donū. fm̄  
alias proprietates patris ē pa /  
ternitas et filij filiatio et spiri /  
tus sancti processio. Eodem autē  
proprietates in didis locutioni /  
bus sunt significatiue

**¶** Secunda est q̄ nom̄ patris  
non tantū relationem notat  
sed p̄postasim. i. substantiam sig /  
nat ita et filius et spiritus san /  
ctus. relationū vero vocabula  
scz paternitas filiatio p̄cessio si /  
ue gignere. gigni p̄cedere ipsas  
tm̄ flatioes n̄ p̄postasim signāt

**¶** Tercia est q̄ cum dicitur de  
us est pater. nomine patris et  
relationem notamus et diuinā  
p̄postasim signamus. cum vero  
noia relationum ponimus in  
p̄didis notōnes tantum sig /  
namus non p̄postasim. ut cum  
dicitur deus genuit. i. hz filiū

**¶** Quarta est q̄ cum singule p /  
rietates oueniūt p̄prie singu /  
lis personis. et per eas persone  
determinantur et a seincez di

stinguuntur sed a se nō secedunt

**¶** Quinta est q̄ licet pater et fi /  
lius et spiritus sanctus nomia  
p̄sonarū et p̄sonales p̄prietates  
designant. sunt et alia nomina  
q̄ eadez designāt vt genitor ge /  
nitus verbū ymago. vñ verbū  
relatiue dicitur ad id cuius est  
similit̄ ymago

**¶** Sexta est q̄ eadem p̄prietate  
siue notōne dicitur verbuz et  
ymago qua filius. sed nō eo q̄  
verbū dicitur sapientia vel essē /  
cia. qz sapientia vel essentia nō  
secundū relationem dicuntur

**¶** Septia est q̄ licet deus lumē  
sapientia et hmōi scdm̄ substāci /  
ā dicatur. et nunq̄ relatiue. ali /  
qñ tamē pro relatiuis et p̄ per /  
sonis h̄ non relatiue accipiūtur  
vt cū dicitur deus de deo lum̄  
de lumine. alterū p̄ vna p̄sona  
alterū p̄ altera accipitur

**¶** Octaua est q̄ secundū nomi /  
na substancie tantum dicitur  
illud de illo. licz ibi illa noia sb /  
stāciā nō significēt. fm̄ vero no /  
mina p̄sonaz nunq̄ dicit̄ illud  
de illo qz nō dicitur verbuz de  
verbo. nec filius de filio. qz hec  
noia diuersis p̄sonis cōuenire  
non possunt.

**¶** Nona est q̄ noia substancie  
aliqui intelligētiāz p̄sonaz disti /  
cte faciūt vt cū d̄ deus genuit  
deū int̄duz totius trinitatis h̄  
itelligēciā faciūt vt cuz d̄ ne /  
mo bonus nisi solus deus.

**P**reterea distinctio  
xxviii. continet octo  
conclusiones.

**P**rima est quod ingenuus relati-  
ue dicitur de patre tantum et a-  
lia notio est qua dicitur ingeni-  
tus et alia qua pater siue geni-  
tor. tantum autem valet cum di-  
citur ingenuus quantum non ge-  
nitus siue non filius. Ingenuus

dicitur secundum proprietatem  
innascibiliter et dicitur relative  
quia non dicitur secundum sub-  
stantiam licet relationem neget

**S**ecunda est quod spiritus sanc-  
tus potest dici non genitus. non  
filius. licet proprie non dicatur in-  
genitus. quia ingenuus dicitur  
secundum notioem inascibilitatis et originis

**T**ercia est quod ambrosius vole-  
bat uti isto vocabulo ingenuus  
propter hereseos arrianeos

**Q**uarta est quod sicut dicitur di-  
uersimode ingenuus et genitus ita  
et diuersimode dicitur esse filium  
et spiritum sanctum. quia non ea  
notione pater est pater qua fili-  
us est filius. scilicet. spiritus sanctus

**Q**uinta est quod aliud est quo  
pater est. et aliud est quo filius  
non tamen pater aliud. nec filius  
aliud. unde idem est pater esse et fi-  
lius esse. sed non est idem esse pater et filium

**S**exta est quod quis diuersimode sit  
esse patrem. et esse filium. non tamen  
diuersa substantia. quia hoc non  
secundum substantiam dicitur. sed  
secundum relationem. quod tamen

relatiuum non est accidens  
**S**eptima est quod sicut solus de-  
us dicitur verbum et ymago. ita  
et solus dicitur esse nata sapien-  
tia vel genita et in hoc quod dicitur  
nata intelligitur eadem notio que  
nominatur cum dicitur verbum  
vel ymago esse. cum autem dici-  
tur sapientia nominatur essentia  
a. non quod essentia sit nata. sed quod  
filius que est uatus est essentia et ac-  
cipit ibi sapientia per ypostasi. unde  
nata sapientia. id est genita ypostasis

**O**ctaua est quod ymago interdum  
dicitur sicut verbum et filius et  
aliquam essentiam intelligentiam facit  
et tunc ad se dicitur et non relative

**S**ed preterea distin-  
ctio. xxix. continet con-  
clusiones nouem.

**P**rima est quod in diuinis est ali-  
ud nomen quod relative dicitur. scilicet. pri-  
cipium. pater enim est principium non  
de principio. filius principium de pri-  
ncipio. spiritus sanctus principium de v-  
troque. scilicet. patre et filio

**S**ecunda est quod pater dicitur principium  
totius diuinitatis et si melius di-  
citur deitatis. non quod sit sui et diuine  
nature principium. sed quod est principium  
filii. et scilicet. in quibus sit tota diuinitas est

**T**ercia est quod pater est ab eterno  
principium filii. et pater et filius non  
sunt duo principia sed unus. scilicet. pater  
et non est paternitate principium  
scilicet. nec filius filiatione. sed pater  
et filius una et eadem notione  
sunt principium spiritus sancti

**Q**uarta est quod spiritus sanctus licet sit ab eterno non dicitur principium nisi respectu creaturarum quod non sunt ab eterno

**Q**uinta est quod spiritus sanctus non est tantum principium creaturarum. sed et pater et filius et trinitas ipsa. et hi tres non sunt tria principia. sed unum principium omnium creaturarum

**S**exta est quod pater dicitur principium filii. quia genuit eum. et pater et filius unum principium spiritus sancti quod ab utroque procedit

**S**eptima est quod sicut pater et filius ad creaturam relative unus creator et unus deus dicitur sic relative ad spiritum sanctum unum principium. ad creaturam vero pater et filius et spiritus sanctus unum principium sunt sicut creator et unus deus

**O**ctava est quod licet filius sit principium. de principio tamen non est procedentis quod filius habeat principium durationis super patrem et filium eadem ratione vel

**D**ona est quod sane intelligi potest notionem dici principium spiritus sancti illius autem notionis quod ibi vocat principium nomen non habemus. sed non est ipsa paternitas vel ipsa filiationis id est notio quedam que patris est et filii quod ab eterno pater et filius unum principium sunt spiritus sancti

**H**inc enim distinctio

tricesima continet conclusiones sex

**P**rima est quod quedam ex tempore de deo dicuntur. eorum temporaliter conveniunt sine sui mutatione. et relative dicuntur. ut creator dominus refugium donatum et homini. quia illa deo conveniunt respectu creaturarum que simul cum tempore vel ex tempore esse ceperunt

**S**ecunda est quod cum deus incipit dici temporaliter quod antea non dicebat. manifestum est tamen ei relative non secundum accedens dei quod aliud ei accidit sed secundum accidens eius ad quod incipit dici tale

**T**ercia est quod quedam de deo dicuntur temporaliter relative et ad creaturas sine mutatione deitatis sed non sine mutatione creature et ita accidens est in creatura non in creatore

**Q**uarta est quod appellatio qua creatura relative ad creatorem flativa est et relationem notat que est in ipsa creatura

**Q**uinta quod appellatio que creator dicitur ad creaturam relative. relativa est sed nullam notat relationem que fit in creatore

**S**exta est quod cum dicimus spiritum sanctum datum vel donatum relative dicitur et ad dantem et ad illum cui datur nec dicimus spiritum sanctum referri ad se licet a se deus est tamen appellatio relativa et flativa dicitur ad illum cui datur in qua mutatio

fit nō i dante Et nota q̄ huius  
relatiua appellatio tm̄ relatio  
nem realem excludit non relati  
onem secundum rationem siue  
secundum dici

**P**roterea distinctio  
xxi. continet conclu  
siones nouem.

**P**rima est q̄ nihil sibūpsi dici  
tur simile vel equale. tres autē  
persone diuine dicuntur essentia  
les ad inuicem ⁊ relatiue. nō  
tamen essentialitas vel similitu  
do est relatio vel notio. sed tan  
tum appellatio relatiua.

**S**ecunda est q̄ pater et filius  
⁊ spiritus sanctus dicuntur esse  
ciales et similes non secundum  
pprietates relatiuas. sed secun  
dum unitatem essence. filius  
autem ē patri essentialis ⁊ filius  
non ex eo q̄ est filius. sed secun  
dum id quod ad se dicitur secū  
dum unitatem nature.

**T**ercia est q̄ quibusdam vider  
tur q̄ nomine essentialitatis ⁊  
similitudinis non ponitur ali  
quid sed remouetur. ita q̄ pat̄  
ideo filio dicitur essentialis q̄  
non est maior nec minor ⁊ hoc  
pp̄ter essence unitatem. similit̄  
dicitur similis. quia non est di  
uersus nec alienus nec in aliq̄  
dissimilis. et hoc pp̄ter essence  
simplicitatem

**I**ntelligendum est q̄ dicit h̄c  
magister q̄ respectus esse iciali

catis non ponit in deo aliquo  
secundum rem. sed tantum secu  
dum rationem. quāuis ipsa es  
sentialitas ponat i deo verā rē.

**Q**uarta est q̄ secundum hila  
riuz eternitas dicitur esse in pa  
tre. species in ymagine. vsus in  
munere. ymago autem dicitur  
de filio. ⁊ munus a pp̄riate d̄  
spū sancto sicut et donum

**Q**uinta ē q̄ eternitas species  
siue pulchritudo ⁊ vsus siue de  
lectacio et felicitas nō pp̄rieta  
tem psonarū distinguūt. h̄ ypo  
theses ostendūt ⁊ iō a pp̄riate  
de eis dicuntur.

**S**exta est q̄ ymago que est fi  
lius coequatur patri. non autē  
pater filio. licz sit ei equalis qz  
q̄ filius sit equalis patri. hoc  
habet filius a p̄re. pater autē nō  
habet a filio hoc q̄ sit ei eqlis.

**S**eptima est q̄ fm̄ augustinū  
in patre est unitas. in filio eter  
nalitas. in spū sc̄o vtriusqz con  
cordia.

**O**ctaua est q̄ pat̄ ⁊ filius et  
spiritus sanctus rede dicuntur  
esse vnum ⁊ vnus deus.

**N**ona est q̄ veritas dicit ego  
⁊ p̄ vnū sumus. i hoc q̄ dicit  
vnū excludit errorem arij. qui  
tres personas nolebat esse vni  
us eiusdēqz subst̄tie siue essen  
tie. In hoc q̄ dicit sumus ex  
cludit hereses sabelli. q̄ trinita  
tē ponebat tm̄ noīm sine subst̄  
tētia personarum.

**Q**uæritur. distinctio  
xxxij. continet conclusio  
nes septem

**¶** Prima est quod pater et filius diligunt se spiritu sancto. unde se diligunt et unitatem servant et sua essentia et suo dono quod est spiritus sanctus

**¶** Secunda est quod filius dicitur sapientia patris. quia est sapientia de patre qui est sapientia. non autem quod pater sit sapientia quia ipse genuit. Augustinus autem lxxxij. q. q. xiiij. dicit quod pater est sapiens sapientia genita. hinc libro retradacionum hoc correxit unde pater non est sapiens sapientia genita. i. filio

**¶** Tercia est quod sicut pater est deus ingenuus et filius deus genitus. et deus genitus non est deus ingenuus. non tamen alius est deus pater. alius deus filius. sed unus deus utque. ita sapientia genita non est sapientia ingenua. sed alia est sapientia genita et alia ingenua. non tamen alia sapientia. hinc una et eadem est sapientia. pater autem est sapientia ingenua. filius vero sapientia genita

**¶** Quarta est quod sicut dicunt quodammodo quod filius per se agit sed non a se. ita filius debet dici sapiens per se sed non a se. et similiter debet dici deus per se hinc non a se ut de se.

**¶** Quinta est quod est tamen una sapientia patris sed non dicitur eodem modo. Nam sapientia patris dicitur illa qua genuit. et sapientia patris dicitur ea qua sapiens est. quia illa dicitur patris quia eam genuit. et illa dicitur patris quia ea sapit. quia sapientia genita est eadem sapientia que et ingenua. quia sapientia genita et ingenua una et eadem sapientia est. que essentia divina intelligitur communis tribus personis

**¶** Sexta est quod dilectio in trinitate que est pater et filius et spiritus sanctus est ipsa essentia deitatis. et tamen spiritus sanctus dilectio est que non est pater nec filius nec ideo due dilectiones sunt in trinitate. et dilectio que proprie spiritus sanctus est. est dilectio que trinitas est. sed non ipsa trinitas sicut spiritus sanctus est essentia que est trinitas. non tamen ipsa trinitas est

**¶** Septima est quod pater non dicitur diligere filium et e converso ea dilectione que ab utroque procedit. que non est aliud eorum. sed tantum spiritus sanctus scilicet tantum ea dilectione pater sit vel filius. sed sic pater ea diligit filium et e converso ut et pater per se ea que ipse est dilectione diligit. sic et filius

**P**ost predicta distinctio tricesima ter

cia continet conclusiones tres.

**P**rima est q̄ proprietates personarum personas distinguunt et determinant et sunt in ipsis personis et etiam diuina essentia et sunt ipse perione. unde pater nitas est pater. et ratio est quia deus est omne illud quod habz excepto eo quod flatue dicitur nam pater habet filium. non tñ est filius

**S**ecunda est q̄ proprietates aliter sunt in diuinis personis aliter in diuina essentia. Nam i diuina essentia sunt sic q̄ eam non determinant et distinguunt. In personis autem sunt sic q̄ eas determinant et distinguunt et ideo essentia non generat nec generatur. pater autem generat et filius generatur.

**T**ercia est q̄ pater proprietate generationis pater est et nō deus siue diuina essentia. et tamen ipsa proprietate generationis est deus siue diuina essentia

**P**redictis distinctio tricesimaquarta continet conclusiones octo

**P**rima est q̄ tres persone diuine differunt proprietatibus. h̄ sunt vnum et idem secundum essentiam. ita q̄ tres persone sunt vnum deus et vna essentia et quilibz sigillatim.

**S**ecunda est q̄ cū dicitur filium esse quod pater est. intelligi

zur secundum substantiaz esse q̄ pater est. sed non secundum illud q̄ ad aliud dicitur

**T**ercia est q̄ vsus sanctorum admittit istam locutionem deus est essentia trium personarum et tres persone sunt vnius essencie. nō autem admittit istam. deus est deus trium personarum. vel tres persone sunt vnius di. Et forte est ratio ista ne putaretur deus ita personarum. sicut dicitur deus abraham et ysaac. et omnes creature. quod dicitur quia est principium creationis. ipsa autem essentia diuina non dicitur esse abraham et ysaac vel alicuius creature. ne creatoris et creature natura confundi videret

**Q**uarta est q̄ sicut eēntia dicitur de deo secundum substantiam. ita et potentia sapientia et bonitas et que secundum substantiam dicuntur de deo. dicuntur simul de tribus personis. et de qualibz sigillatim. Et quibus patet q̄ in trinitate est summa perfectio. quia ibi summa est potentia sapientia et bonitas

**Q**uinta est q̄ vna est potentia trium personarum sapientia et bonitas. et tres persone sunt eadem potentia eadem sapientia et eadem bonitas

**S**exta est q̄ licet i deo sit vnum et idem penitus potentia sapientia et bonitas. tamen appropriatur potentia patri sapientia filio et

onitas spiritui sancto. ne ut in  
 creaturis. pater impotēs. filius  
 minus sapiens. spiritus inflatus  
 et timidus putaretur

¶ Septima est q̄ omospon. i. cō  
 substancialis intelligitur. vñ fi  
 lius dicitur omospon. i. vñius  
 et eiusdem substancie

¶ Octava est q̄ nomina transla  
 tiue dicta de deo. ut speculum  
 splendor figura et huius ratioē  
 alicuius similitudinis sunt dic  
 ta. ex qua intelligēcia et fides ca  
 tholica est sumenda

**Q**uinq; Distinctio  
 tricesima quinta conti  
 net conclusiones sex.

¶ Prima est q̄ sapiencia vel sciē  
 tia dei cū sit vna et simplex ppt̄  
 tamen varios status rerum. et  
 diversos effectus. pl̄ra ac diuer  
 sa sortitur vocabula. dicitur em̄  
 non tantum sciencia et etiā pre  
 sciencia vel preuidencia disposi  
 tio predestinatio et puidēcia

¶ Secunda est q̄ preuidencia  
 siue presciēcia est tm̄ de futuris  
 sed de omnibus bonis scilicet et  
 malis. dispositio ē de omnibus tā  
 predestinatio ē de omnibus tā  
 tum saluandis. et de bonis qui  
 liberantur hic scilicet a culpa et  
 a pena et in futuro coronabun  
 tur in gloria. puidencia est gu  
 bernandoz. que utiq; eodē mō  
 videtur accipi quo dispositio. in

terdū tamen puidencia accipit  
 pro presciencia. sapiencia vero  
 vel sciencia de omnibus est bo  
 nis scilicet et malis preteritis  
 presentibus et futuris tempora  
 libus et eternis. quia deus seip  
 sum perfecte sciuit quia est eter  
 nus

¶ Tercia est q̄ presciencia dispo  
 sitio predestinatio. quantum ad  
 id q̄ dicūt quia idem q̄ diuī  
 na sciencia manent q̄ sunt dato  
 q̄ nullum esset futurum in quā  
 tum tamen respectum inportāt  
 ad futura non essent nisi essent  
 futura aliqua

¶ Quarta est q̄ sciencia vel sa  
 piencia non sunt tantum de te  
 poralibus sed etiam de eternis  
 et ideo si nulla essent futura. es  
 set tamen i deo sciencia que mo  
 do est. nec minor esset q̄ modo  
 nec maior.

¶ Quinta est q̄ omnia dicunt  
 esse in deo. etiam ab eterno. et  
 ita res anteq̄ esset in sua natu  
 ra erant in sciencia dei. nec alit̄  
 nouit res factas. q̄ cognoscit e  
 asdem futuras. vnde omnia di  
 cuntur in ipso esse vita nō ideo  
 q̄ creatura sit creator. vel q̄ is  
 ta temporalia essentialiter sint  
 in deo sed quia semper in eius  
 sciencia que est vita

¶ Sexta est q̄ omnia tam prese  
 cia q̄ preterita et futura dicun  
 tur deo presencia. vñ deo nihil  
 p̄terijt. nec ē futurum. sed omnia

sunt ei presentia. ex hoc quia quod  
dam cognitione ineffabili sue sa-  
pientie in eo sunt

**S**olet hic distinctio  
xxxvi. continet sex conclu-  
siones

**P**rima est quod licet omnia di-  
cantur deo presentia quia sunt in  
eius cognitione siue scientia. et  
scientia dei significat idem quod di-  
uina essentia. non tamen debet  
dici quod omnia sint in diuina es-  
sencia ne intelligatur esse eius-  
dem essentie cum deo

**S**ecunda est quod licet deus co-  
gnoscat omnia et bona et mala  
bona tamen agnoscit per app-  
bacionem et per beneplacitum  
et quia eorum est auctor. non  
autem mala. et ideo bona dicuntur  
esse in deo. non autem mala

**T**ercia est quod omnia dicuntur  
esse per ipsum deum et in ipso.  
quia scit ea et eorum est auctor. Et  
intellige omnia. id est omnes naturas  
et que fiunt naturaliter non pec-  
cata et vicia. sic etiam dicitur quod in  
ipso viuimus mouemur et su-  
mus quia eo auctore mouemur  
uiuimus et sumus

**Q**uarta est quod licet personarum di-  
stinctio notetur cum dicitur ex ip-  
so et per ipsum et in ipso. Ex ipso  
propter patrem. per ipsum propter fil-  
ium et in ipso propter spiritum sanctum.  
tamen cuilibet persone con-  
uenit ex ipso et per ipsum et in

ipso sunt omnia  
**Q**uinta est quod non omne quod  
est ex deo est de ipso. quia celum  
est ex ipso. non de ipso. quia non  
de natura dei est. omne autem  
quod de ipso est. est ex ipso licet  
non e conuerso. vnde filius est de  
patre et ex patre.

**S**exta est quod in dei cognitione  
siue scientia sunt omnia bona. scilicet et  
mala. sed bona tantum sunt in deo  
sicut ex ipso et per ipsum non au-  
tem mala

**E**t quoniam distinctio  
xxxvii. continet sep-  
tem conclusiones

**P**rima est quod deus incommu-  
tabiliter se in se existens est in om-  
ni natura siue essentia presen-  
cialiter potencialiter et essentialiter  
sine sui distictione et in omni loco  
sine circumscriptione et in omni tem-  
pore sine mutabilitate sui. et in  
sanctis spiritibus et angelis ex-  
cellentius. scilicet per gratiam inhabitans  
et in homine christo excellentissime in  
quo plenitudo deitatis totaliter  
inhabitat ut ait Augustinus  
in eo. non. deus habitat non per  
gratiam adoptionis sed per gra-  
tiam unionis

**S**ecunda est quod esse ubique dei  
tati est proprium

**T**ercia est quod ubi deus habi-  
tat. ibi est. non tamen ubicumque  
est ibi habitat. Nam sicut anima  
tota siue adest omnibus partibus

corporis. nec minor in minori / bus. nec in maioribus maior. tamen intentius in alijs ⁊ in alijs remissius operatur. ita deus ubique. sed in sanctis specialiter dicitur esse per gratiam et in eis habitat sicut in templo.

Quarta est quod deus antequam res essent in se erat. unde in se est ⁊ in rebus. non enim sancti dicuntur domus. sic ut ipsa subtrahatur deus. immo sic habitat deus in sanctis. ut si ipse discesserit cadant.

Quinta est quod deus est habitator quorundam non cognoscendum deus. sicut parvulorum per baptismum renatorum Et habitator quorundam cognoscendum sicut sanctorum deus diligendum. sed non est habitator quorundam cognoscendum sicut malorum qui deum cognoscunt. sed non diligunt. nec illi ad templum pertinent qui deum cognoscunt. non tamen deum glorificant.

Sexta est quod sicut solis radij non contaminantur sordibus in quibus sunt. ita divina essentia ubique existens nullis sordibus maculat

Septima est quod corpus omne omnimodo est locabile. Nam dimensione corpus est in loco ⁊ movetur. ⁊ secundum locum ⁊ secundum tempus. Spiritus etiam creatus locabilis est sed non

dimensione sed determinative. ut ita est hic quod non alibi invenitur. ⁊ motum secundum locum ⁊ secundum tempus suscipiens vicissitudines gaudij doloris. scientie ⁊ oblivionis deus autem illocalibilis est ⁊ inspicibilis ubique totus existens. quod nec secundum locum nec secundum tempus movetur. sed omnino est immobilis.

**N**unc ergo Distinctio tricesima octava continet tres conclusiones.

Prima est quod prescientia dei ⁊ scientia bonorum non est causa rerum nisi sine qua non. nec res sunt cause scientie nec prescientie dei. nisi causa sine qua non.

Secunda est quod prescientia dei est causa bonorum prescitorum non ut est prescientia tantum. sed ut est cum beneplacito. malorum autem non est beneplacitum. sed tantum simpliciter scientia vel prescientia. Prescientia autem est de preteritis vel presentibus ⁊ futuris bonis vel malis. sed cum beneplacito tantum de bonis.

Tercia est quod prescientia dei non potest falli. unde cum dicitur non potest res alter evenire quam sit prescisa a deo. si conjunctim intelligatur verum est. quia simul stare non possunt

q̄ aliter res eueniat q̄ deus p̄  
scierit si diuinitati naz futuruz  
origēs nō de necessitate eueiet

**P**roterea distinctio  
xxxix. continet cōclusi  
ones duas

**P**rima est q̄ deus simul et in  
mutabilē, et futura bona et ma  
la scit vnde eius sciētia augeri  
non potest nec minui nec muta  
ri sicut nec eius essentia, quia  
eius sciētia est eius essentia

**S**ecunda est q̄ bene concedi  
tur q̄ deus possz scire quod nō  
scit, et possz nō scire quod scit, p̄  
scire quod non p̄scit, et non p̄  
scire quod p̄scit, intellige diui  
sim quia diuinitim fallum esset,  
quia sciētia eius est immuta  
bilis

**P**redestinatio, distin  
ctio xl. continet conclu  
siones duas.

**P**rima est q̄ predestinatio gra  
cie ad salutem consequendam,  
vnde predestinationis ē duplex  
effectus vnus temporalis et in  
via, scilicet infusio gracie, alius  
finalis et sine fine et in patria,  
vt collatio glorie

**S**ecunda est q̄ cu dicitur pre  
destinatus non potest damnari  
verum est si coniunctim intelli  
gatur ita scilicet q̄ non potest el  
se vt predestinatus sit et damp

netur si autem diuinitatiz falluz  
est quia predestinatus poterit el  
se non predestinatus et ita dam  
naretur

**T**ercia est q̄ sicut ab eterno  
deus potuit aliquem nō prede  
stinare, ita dicitur a quibusdam  
q̄ modo potest eum deus non  
predestinare ab eterno, quia in  
creaturis possibilitas et impossi  
bilitas referuntur ad naturaz  
rei existētis et ideo in operibus  
creaturarum, quod factum est et  
dictum impossibile est non esse  
vel non fuisse factum vel dictuz  
cū vero de prescientia vel de p̄  
destinatione dei agitur possibili  
tas et impossibilitas ad potenti  
am dei refertur, que semper ea  
dem est et fuit

**Q**uarta est q̄ reprobatio est  
prescientia iniquitatis quorum  
dam, et preparatio dampnatio  
nis eorundem, itaq̄ ab eterno  
alderum horum deus p̄scit h̄

**Q**uinta est q̄ sicut predesti  
nationis effectus est gracie ap  
positio, ita reprobationis eter  
ne quodammodo effectus ē ob  
duratio nec obdurat deus im  
parciēdo maliciam sed non im  
parciēdo graciā.

**S**i autem distinctio  
quadragesima pri  
ma continet cōclusiones quinq̄

**P**rima est q̄ gracie que dant̄ homini ad iustificationem nulla sūt merita ⁊ multominus ipsius predestinatōnis q̄ ab eterno elegit q̄s voluit. Obduratōnis autē que est quodammō effectus reprobationis sunt merita q̄ deus obdurat fm̄ iudicium q̄ meritis reddīt obdurat autē nō erogādo q̄bus fiat deterior. Reprobatōnis autem quā ab eterno quosdam prescit futuros malos non sunt futura merita

**S**ecūda ē q̄ catholica fides respicit aīas ī celo ante conuersatas ⁊ ibi aliquo boni vl̄ mali egisse et p̄ meritis ad corpora terrena detrusas esse

**T**ercia est q̄ deus elegit q̄s voluit gratuita misericordia nō q̄ fideles futuri erant. s̄ vt fideles essent. eisq̄ grāciam dedit non quia fideles erāt. s̄ vt fideles fierent. Non autem conceditur quosdam reprobasse vt mali essent ⁊ obdurare vt peccent quia reprobatio non est ita causa malificū predestinatio causa boni. nec obduracō ita facit hominem ita malum q̄admodum misericordia bonum

**Q**uarta est q̄ deus multa p̄ scīuit. que modo non prescīt. q̄ prescīre non est nisi futurorum multa autem sunt que prius fuerunt futura. ⁊ mō nō sunt

futura.

**Q**uinta est. quod deus semel scit semper scit. Et si aliquando crīstum nasciturum scīuit. et nunc scit natum. eadem sciencia scit hoc et illud quamuis tempora sunt mutata ⁊ opera sed fides non tenet vt non est idem concedendum de sciencia et prescīentia

**N**unc distinctio vicesimaquarta continet quatuor cōclusiones

**P**rima est q̄ deus trinitas ē omnipotens. quia potest omnia que posse est posse. quedam potest per se facere. vt creare celuz quedam potest facere non in se sed in creaturis vt motum. q̄dā dicitur non posse. vt peccare vl̄ pati. vl̄ mori. q̄ huiusmodi posse non est posse. sed defectus.

**S**ecunda est q̄ omnia deus potest facere. sed non facit. nisi q̄d̄uenit veritati eius et illius iusticie

**T**ercia est q̄ deus a se et per se omnia potest. creatura per se nihil potest nec a se. filius dei per se potest omnia facere. sed non habet hoc a se sed a patre similiter et spūs sanctus quorum est vna et eadem potēcia

**Q**uarta est q̄ deus potest

quicquid vult fieri et potest quod  
quid vult se posse et e converso.  
non tamen donec quod vult se posse  
vult fieri

**Q**uidam dicunt. distin-  
ctio xliij. continet occlusionem  
vnam. que est quod deus potest plu-  
ra facere quod facit et alia facere  
quod que facit. et alia velle quod que  
vult et tamen ipse non esset ali-  
us. et que facit decet eum face-  
re et si alia faceret deceret eum  
facere et tamen voluntas ei-  
us non est alia. nec nova nec  
mutabilis aliquid modo esse potest

**Q**uidam distinctio  
xliij. continet tres con-  
clusiones

**C** Prima est quod deus potest alia  
facere quod que facit. et que facit  
possit facere meliora. unde deus  
talem potuisset fecisse homines  
qui nec peccare possit nec vellet  
qui utique melior fuisset

**C** Secunda est quod deus eorum que  
facit. quedam possit facere modo  
meliori. et quedam vero modo  
eque bono. et quedam modo mi-  
nus bono quod facit siue aliter. ut li-  
aliter. siue modus ferat ad quali-  
tatem creature. non ad sapientiam  
creatoris. Nam nec meliori nec  
alia. nec minus bona sapientia  
potest facere que facit quam que  
facit

**C** Tercia est quod deus semper po-

test quicquid semel potuit et semper  
vult quicquid semel voluit. et  
habet semper eandem potentiam  
et eandem voluntatem quod semel  
habuit. unde potuit incarnari  
et incarnatus est eandem potest  
tia dicit sicut et eadem est scientia  
qua scivit se resurduum  
et scit se resurduum. non tamen  
potest semper facere omne illud  
quod aliquando potuit nec vult  
esse nec fieri omne illud quod vo-  
luit esse vel fieri. ita et de scientia  
dei dicendum

**I**am distinctio quadra  
gemina continet quatuor  
conclusiones

**C** Prima est quod divina volun-  
tas est divina essentia sicut eius  
scientia est eius essentia ut cum  
dicit deus est volens. secundum essentiam  
dicitur unde voluntas in  
deo nec dicitur affectus vel motus  
qui in deo cadere non possunt  
sed dicitur essentiam

**C** Secunda est quod licet in deo sit  
ideus velle quod esse. non tamen deus  
dicitur esse omnia que vult. sicut nec  
dicitur esse ea que scit licet ideus  
sit in eo scire et esse.

**C** Tercia est quod deus scit omnia  
id est deus est cuius scientie que est  
ipsa essentia omnia sunt subiec-  
ta similiter deus vult hec vel il-  
la id est deus est cuius volun-  
tati que ipse est hec vel illa sub-  
iecta sunt. voluntas autem dei que

non potest esse iniusta neq; ma-  
la. qz deus est sempiterna et inua-  
riabilis essentia. licet ea que ei  
subiecta sunt traseant et variantur  
Quarta est q voluntas dei  
est prima et summa causa oim. ip-  
sa enim sola est unde ortu habet  
quicquid est. et ipa non est orta  
sed eterna. et ipsius nulla est cau-  
sa et ariam. nec est eius causa q  
reda. qz sic qreret aliqo ma us  
vel prius ea q nephas est cre-  
dere.

Quinta est q voluntas dei p-  
prie est essentia. et hec non est nisi  
vna. et appellat bñplacituz siue  
dispositio. et extra hac volunta-  
tes non pnt fieri aliqo. Aliqñ  
aut signa voluntatis diuine  
dicuntur volūtas dei. sicut signa  
ire dicuntur ira. et signa dilecti-  
onis dilectio. et est tropica locu-  
tio. Bunt aut signa vluntatis  
diuine scz hec. pcepere et pphibere  
pmittere et salere implere. vñ qd  
deus precipit pnt dici voluntas  
dei. et ita de alijs signis. Contra  
aut huiusmodi signa potest fieri  
exceptio contra impletionem.

**H**ic Distinctio qua  
dragenalecta continet q  
tuor occlusiones

Prima est q deus ea voluntate  
q ipa est q bñplacitū vocatur  
nō vult fieri aliqo qd nō fiat.  
neq; nō fieri qd fiat. Et obicit

illud math. xxij. Quotiens vo-  
lui agregare filios tuos et no-  
lulti. Et illud. i. thimo. ij. Vult  
omnes hoies saluos fieri scz de-  
us et tñ non oēs saluantur. q  
sic itelliguntur. q filios quos  
voluit deus agregare agrega-  
uit. h. ciuitate nolente Et etiaz  
scdm itelligitur q nullus salua-  
tur nisi quem ip e saluare volu-  
erit. Sc dicitur illuminare oem  
hoiez. non q ois hō illuictur.  
h. q nullus n ab ipso illumina-  
tur.

Secūda est q deus nō vult  
mala fieri. nec vult mala nō fi-  
eri. scz pmitit mala fieri. vnde  
deo auctore mala fiunt. nec hō  
fit. decerior. nec vult mala non  
fieri. qz si fierent ipotēs videre  
tur. pmitit aut deus mala fie-  
ri. licz nō vult q fiat. qz bona  
ex malis que fiunt facit proue-  
nire.

Tercia e q est aliqo quod  
in se est bonum et cui fit scz non  
facienti. vt subuenire pauperi-  
bus nō ppter deuz. Est aliqo  
bonum in se et facienti. sed non  
cui fit. vt veritatem predicare  
propter deū inobedienti. Est ali-  
quid quod est bonū in se et eti-  
am facienti et cui fit. vt verita-  
tam predicare propter deum o-  
bedienti. Est aliqo quod nō  
est bonum in se nec facienti. va-  
let autem ad aliqo vt ad  
decorum vniuersi. sed hoc est

malum .vnde mala que boni  
perferunt valent ad emendan-  
da peccata vel ad exercendā p-  
bandamq; iusticiam. vel ad de-  
monstrandam huius vite mise-  
riam.

**Q**uarta est q; licz omne ve-  
rum sit a deo. et mala fieri sic  
verū. non ppter hoc mala fiūt  
a deo. sed deus prohibet furtū  
fieri. et furtum fieri est veruz n̄  
sequitur q; phibeat veruz. illa  
autez locutio vera qua dicitur  
mala fiunt. est a deo. s; ipsa ma-  
la non sunt a deo

**V**oluntas . distinctio  
xlvij. continet tres cō-  
clusiones

**P**rima ē q; dī volūtas que  
ipse est et eterna semp ē efficac  
vt fiat omne q; velit. ⁊ nihil fi-  
at q; nolit. que de homine sem-  
per impletur quocunq; se ver-  
tat

**S**ecunda est q; volūtas dei  
semp impletur aut a nobis cuz  
benefacimus. aut de nobis cū  
otra voluntatem dei non q; ipe  
est. sed contra voluntatez signi-  
facimus.

**T**ercia est q; deus quedam  
precepit particulariter i veteri  
lege ⁊ i noua. q; fieri noluit ab  
illis quibus precipiebat exem-  
plum de immolatōne filij abra-  
he. ⁊ de curatis q;bus precepit  
ne cui dicerent

**S**ciendum quoq; dī  
titio xlvij. cōtinet. v.  
conclusiones

**P**rima est q; voluntas homi-  
nis volentis idēz fieri q; deus  
vult. aliquando est mala. ⁊ vo-  
lētis aliud q; deus vult aliqñ  
est bona. exempla patent in lra  
Et est idem q; ad bonitatez no-  
stre voluntatis nō sufficit eius  
iformitas cū diuina v olūate  
volito siue in obiecto

**S**ecunda ē q; bona volūtas  
dei aliqñ impletur p malaz vo-  
luntate homis. vt dūs voluit  
bona volūate mortē xpī q; in-  
tulerūt ei iudei mala volūate

**T**ercia est q; tota trinitas vo-  
luit ut xpūs pateretur. s; non  
voluit ut iudei occiderent eum  
voluit em̄ penam xpī. s; nō vo-  
luit culpam iudeoz. nec tñ no-  
luit. qz si noluisset. non fuisset

**Q**uarta est q; sandis viris  
placuit q; xps moreretur incui-  
tu nostre redēptionis ⁊ ipletio-  
nis diuine voluntatis s; eis n̄  
placuit intuitu cruciatu. siue  
discretione afflictionis

**Q**uinta est q; passiones san-  
ctoruz p̄t hō velle vel nolle bo-  
na ⁊ mala voluntate. Naz pas-  
sionē pauli voluntate bona no-  
lebāt q; ei spaciebātur. qui autē  
volebāt vt eius corona accele-  
raret bona volūate volebant

Expliciūt conclusioēs p̄mi li. scilicet.

**Q**uoniam Reacionem. distin  
ctio prima secundi li  
bri continet octo con  
clusiones

**¶** Prima est qd vnus e creator  
omniuz reru celestium terrestriu  
um visibilium et inuisibilium an  
te facta eternaliter existens per  
suam omnipotentiam volunta  
te et bonitate sua i inicio tempo  
ris mundum creauit quod insi  
nuat scriptura genesis .i. dices  
**I**n principio creauit deus celuz  
et terras

**¶** Secunda est qd ex hoc eliciu  
tur errores plura principia po  
nentiu sine principio. vt plato  
nis qui tria posuit ab eterno. s.  
exemplar. materiaz et deum. qsi  
artificem non creatorem. quia  
creare est pprie aliud de nihilo  
facere. Et etiam elicit error ari  
stotelis qui duo principia posu  
it scilicet materia et formaz et  
tercium operatorium viduz est  
mundumq; semper esse et fuisse

**¶** Tercia est qd creare est facere  
et creator est opifex et factor. no  
tamen omnis factor est creator  
deus enim nomen creatois si  
bi pprie ftinuit. alia creaturis  
omniuicauit. licet in scripturis se  
pe vnum pro alio ponatur

**¶** Quarta est qd illa verba creare  
facere agere non secundum ean  
den rationem dicuntur de deo  
et creaturis. Cum enim aliquit

nouuz fit a deo. in ipso nihil fit  
sz fit nouu aliqd i effectu sicut  
in eius eterna fuerat volutate  
sine aliqua sui mutatione l mo  
tione. sed nos in operando mu  
tari dicimur

**¶** Quinta e qd deus creauit na  
turam rationalem. scilicet inco  
poream que est angelica et hu  
manam que ex carne et anima  
rationali consistit

**¶** Sexta est qd deus creauit ani  
mam rationalem propter suam  
bonitatem et creature rational  
utilitatem. vt scilicet summum  
bonum intelligeret. intelligedo  
amaret. amando possideret. et  
possidendo frueretur. non qd de  
us indigeret creature rationa  
lis officio. sed vt ipsa creatura  
deo seruiret cui seruire regnare  
est

**¶** Septima est qd mundus fa  
ctus e vt seruiret homini. et ho  
seruiret deo. vnde omnia nostra  
sunt. supiora puta trinitas ad  
fruendum. equalia puta an  
geli ad omuniendum. licet in p  
senti etiam seruiant nobis per  
ministeriu Inferiora ad serui  
endum. homo autem factus est  
ad reparandam ruinam angeli  
cam. licet et si angelus non pec  
casset homo factus fuisset

**¶** Octaua est qd anima rationa  
lis que videtur maioris digni  
tatis si absq; corpore permane  
ret qd q corpori vnitur. ido cor

pori ē vnita quia deus voluit  
cuius causa querenda non est  
et vt per huiusmodi vniones. s.  
anime cum corpore a quo sepa  
rari non vult deus ostenderet  
vnionem qua creatura racōna  
lis vniret deo per dilectionem  
ex toto corde. et vnionem qua  
deus videbitur facie ad facies  
et vt aīe vnite corpibus in eis  
deo famulātes. maiorē mereāt  
coronā et corpis glorificationē

**D** Angelita distin  
ctio secunda continet  
conclusiones quinq

**P**rima est q̄ angeli creati fue  
runt simul cum materia quatuor  
elementorum. vnde geneſis pri  
mo In principio creauit deus  
celum et terram. quod est ange  
licam et corporalem creaturam.

**S**ecunda est q̄ illa non sunt  
creata in tempore. sicut nec tem  
pus est creatum in tempore. sed  
angeli materia quatuor elemen  
torum celum empyreum. simul  
sunt creata cum tempore

**T**ercia est q̄ angeli creati fu  
erunt in celo empyreo. quod p  
bat per bedam

**Q**uarta est q̄ corporalis cre  
atura et spiritalis vtraq̄ i for  
mis suo modo creata fuit. sed  
spiritalis fuit creata p̄ cōuerſi  
onē et amorē beatorū ad deuz

**Q**uinta est q̄ cum. *Iſa. xliij.*  
dixit lucifer. ascendaſ in celuz  
notat equalitatem dei. *Nā* deo

parificari volebat

**E**cce. **D**istinctio ter  
cia continet cōclūſi  
nes octo

**P**rima est q̄ angelis inīcio  
sue ſubſtētie ſunt attributa q̄  
tuor. s. nature ſimplicitas p̄ſona  
lis diſcretio ſue diſtictio. memo  
ria itelligētia. et volūtas ſue di  
lectio. et liberū arbitriū

**S**ecūda ē q̄ n̄ omnes angeli  
ſunt eſſentiales i ſubſtācia ſpūa  
li. et itelligētia racōnali et libero  
arbitrio. p̄mmo alij inferiores.  
alij superiores a dei. n. ſapiētia  
ſunt oſtiruti.

**T**ercia ē q̄ q̄ natura magis  
ſubtiles. et ſapiētia ap̄ius p̄ſpi  
caces creati ſūt. h̄ij i maioribus  
grē muneribus p̄ſiti ſūt et vig  
nitate excellētōres oſtiruti alijs

**Q**uarta ē q̄ ſicut i āgel̄ diſſe  
rēs vigor et ſubtilitas nature i  
firmitatē n̄ adducit. etiā minor  
agnitō ſapiētie ignorātia n̄ i ge  
rit. ſic libertas inferior nullā ar  
bitrio neceſſitatē i ponit

**Q**uinta ē q̄ āgeli h̄nt aliq̄ oīa  
ſez q̄ ſūt ſpūs et i diſſolubiles et  
imortales

**S**exta ē q̄ oīes āgeli creati  
fuerūt boī et ſine vicio vñ inocē  
tes ſūt creati. nō tam virtuti  
bus p̄ſiti. q̄ ſtantibus appoſite  
fuerūt et n̄ appoſite cadētibus  
et fuit aliq̄ morula int̄ creatōez  
et lapſum

**S**eptia ē q̄ āgeli aī caſū ma

lorum et confirmationem bonorum  
triplicem cognitionem naturalem  
habebant. scilicet quod facti erant  
et a quo facti erant. et cum quo  
facti erant. noticiam rectam. habent  
boni et mali et quod appeten-  
dum et respiciendum illis esset

¶ Tercia est quod angeli tunc di-  
lectionem habebant naturalem  
qua deum et se diligebant. per quam  
tamen non merebantur

**P**ost hec. distinctio  
quarta continet con-  
clusiones tres.

¶ Prima est quod angeli non fue-  
runt creati beati nec miseri. nisi  
quis vult beatitudinem appel-  
lare illum statum innocentium  
quo creati fuerunt. qui status  
erat nec beatitudinis nec mi-  
serie.

¶ Secunda est quod cum mali an-  
geli non fuerunt prescienti sui casus  
nec future damnationis. nec an-  
geli boni sue future beatitudi-  
nis statum fuerunt prescienti. licet  
alii dicant quod deo reuelante su-  
am futuram beatitudinem pre-  
sciverunt. inde autem istud pro-  
babilius videtur

¶ Tercia est quod angeli fuerunt  
creati perfecti perfectione secu-  
ndum tempus. id est que eis oportebat  
secundum illud tempus et non per-  
fectione que est secundum natu-  
ram. qua quis habet quicquid  
est debitum vel expedit nature

sue ad glorificationem. Istam e-  
nim habuerunt boni in glorifi-  
catione. nec etiam fuerunt crea-  
ti perfecti perfectione vltima. que est  
cui nihil vniuersum deum. et de qua bo-  
**Q**uinta est q alij dicunt bonos  
 vsus naturalium peccatorum esse  
 virtutes. no tamen omnes. s; ta-  
 tummodo interiores que in me-  
 te sunt. exteriores vero qui per  
 corpus gerunt no virtutes esse  
 dicunt sed opera virtutum

**S**exta e q isti nihil aliud di-  
 cunt esse virtutes qua bonos af-  
 fectus vl motus intis q; deus  
 facit in homine no homo. quia  
 licet sint liberi no tamen esse q;  
 unt nisi deus ipsuz liberet ⁊ ad-  
 iuuat gracia sua operante ⁊ co-  
 operate. que est dei gratuita vo-  
 luntas. que deus est ⁊ que opa-

tur in nobis valle ⁊ operari bo-  
 num

**S**eptima est q preuidarū du-  
 arū sententiarū. an scilicet virtu-  
 tes sint habitus vel sint actus  
 ⁊ vsus naturalium virtutum in  
 dicitur magister relinquit exai-  
 diligentis lectoris. Et sciendum  
 q magister i hoc q videt nega-  
 re caritatem creatā. Et tertia se-  
 tencia. s. q virtutes non sunt  
 nisi boni vius et opera virtutum  
 non tenetur. quia secundum hoc  
 in dormientibus no esset virtu-  
 tutes

**I**llud vero. distinc-  
 tio. xxviii. continet 2  
 clusiones duas

**P**rima est q innocuisse est tene-  
 dum liberuz arbitrium sine gra-  
 cia pueniente non sufficere ad  
 salutem obtinendam nec meritis  
 precedētib; gracia dei aduo-  
 cari sicut pelagiana heresis tra-  
 didit. q etia tradidit hoīem sine  
 grā dei posse implere omnia man-  
 data diuina

**S**ecunda e q hec fides qua in  
 catholica ecclesia didicimus et  
 tenemus. s. hominē sp peccare  
 ⁊ no peccare posse. vt sp nos li-  
 beri arbitrii ee fateamur. ⁊ nos  
 sp indigere dei auxilio et ita ex-  
 cluimus errorem pelagij et mani-  
 chei. qui dixit hoīez peccatū vi-  
 tare non posse et iouiniani qui  
 dixit hoīem peccare non posse

**P**ost hec + distinctio  
xxix. continet conclusi-  
ones sex

**P**rima est q̄ homo ante pec-  
catum eguit gracia cooperante  
quia sine ea nullum est merituz  
eguit etiam operante non ad li-  
berandum a seruitute peccati s̄  
ad p̄paranduz volūtate ad volē-  
dum virtutis bonū. quod p̄ se  
nō poterat

**S**ecunda est q̄ adā ante pec-  
catum habuit virtutes et cari-  
tatem quas peccando amisit

**T**ercia est q̄ primus hō p̄pter  
suum peccatū eiectus est de pa-  
diso ī isto miseriarum loco

**Q**uarta est q̄ deus mō irato  
loquens ad angelos de supbo  
homie dixit. *Adverte ne forte rē*  
nō q̄ cōdidit immortalitatem ha-  
buisset nisi in innocentia perman-  
sisset

**Q**uinta est q̄ credenduz est p̄  
ministerium angelorum in para-  
diso visibili igneam custodiā cō-  
stitutam esse. q̄ de paradiso sp̄ri-  
tuali signat. q̄ ad vitam nō re-  
ditur nisi per cherubin. i. pleni-  
tudine scientie que est caritas.  
quia plenitudo legis est dilectō  
et gladium versatile. i. tollerātia  
temporalium passionuz

**S**exta ē q̄ potuit fieri q̄ adā  
comederit semel de ligno vite. s̄  
non est immortalitatez assecutus  
quia forte illud lignum immorta-

litatem non conferebat nisi sepi-  
us de illo sumeretur

**I**n superioribus + di-  
stinctio tricesima con-  
tinet cōclusiones sep-  
tem

**P**rima est q̄ nō ē accipiendū  
peccatum ade transisse ī omnes  
imitationis exēplo. sed propaga-  
tionis et originis vitio licet cō-  
trarium dicant heretici qui pe-  
lagiani nominantur

**S**ecunda est q̄ peccatum ori-  
ginale licet quidam dixerunt ip-  
sum tantum esse reatum penz.  
tamen ex auctoritatibus osten-  
ditur ipsum esse culpam. et in o-  
nibus concupiscencialiter con-  
ceptis trahi a parentibus

**T**ercia est q̄ originale pecca-  
tum non est adus occupiscendi  
sed vitium occupiscentie. et noīna-  
tur fomes cupiditatis lex mem-  
broz. siue languoz nature siue  
tyrannus qui est in mēbris no-  
stris. siue lex carnis

**Q**uarta est q̄ ex iobedienti-  
ade. s. a peccato actuali ade pro-  
cessit originale peccatū quo o-  
nes peccatores nascunt. vt in il-  
lo esset ⁊ in omnes transiret. vñ  
ex voluntate primi hominis se-  
minatū est

**Q**uinta est q̄ omnes hoies  
in adā fuerūt per seminalē rati-  
onē quia ex eo descenderunt p̄  
pagationis lege. **S**exta est q̄

illud quod est de veritate humane nature et solum resurget quod a primis parentibus tradatum est. quod sui multiplicatione sine rei extrinsece adiectione augeatur sicut et costa de qua mulier est formata

**S**eptima est quod caro in quam cibi transeunt. tanquam superflua. in resurrectione deponetur que cum ciborum aliarumque rerum fomite coalescit. Et est sciendum quod magister non tenetur a magistris in hijs duabus. questionibus ultimo positis

**H**inc distinctio tricesima prima continet conclusiones decem

**P**rima est quod quidam putaverunt originale peccatum trahi non solum secundum carnem. sed etiam secundum animam. quia non solum carnem sed etiam animam extrahere esse arbitrati sunt. sed hoc fides catholica respuit. que solum carnem et non animam extrahere ponit. et ita peccatum originale trahi a parentibus secundum carnem tantum

**S**ecunda est quod caro ipsa que concipitur in viciosa libidinis concupiscentia polluitur et corrumpitur ex cuius tactu cum anima infunditur maculam trahit qua polluitur. et fit rea. id est. viciosa concupiscentie quod est originale peccatum trahit. Et notandum quod vi-

cium concupiscentie dicitur originale peccatum materialiter. formaliter autem non est nisi privatio originalis iusticie cum debito habendi eam.

**T**ercia est quod caro culpam non habet. nec actum culpe. sed causa unde anima viciosa concupiscentie non ex se. sed ex carne trahit

**Q**uarta est quod causa peccati originalis que videtur esse in carne. culpa non est sed pena et precipue pollutio quedam. quam ex febre coitus parentum et concupiscentia libidinosa trahit caro dum concipitur. causa est originalis peccati que recte viciosa siue corruptio carnalis appellari potest cui cum anima infunditur ex eius corruptione maculatur

**Q**uinta est quod sicut proputium manet in genito a circumciso. et palea in fructu qui de purgato nascitur tritico ita peccatum originale quod per baptismum in parentibus mundatur manet in eis quos genuerunt

**S**exta est quod ideo dicitur originale. quia ex viciosa lege originis nostre in qua concipimur scilicet carnis libidinosa concupiscentia traducitur.

**S**eptima est quod non ideo peccatum originale traximus. quod ex carne ab adam concepti sumus eo quod corpus christi ex eadem carne formatum est. sed quia conceptus noster non fit sine li-

bidine ⁊ ideo non est sine peccato Nota argumētum potest trahi de opinione magistri q̄ ōnes excepto cristo etiam beata virgo fuerunt in originali cōcepti

**O**ctava est q̄ lege deceptionis traducitur originale peccatū .qz nisi corruptio fieret in carne aīa ex carnis coniuūatione concupiscencie viciū non traheret

**N**ona est q̄ in conceptuz non duz animato .peccatuz transmiti dicitur non quia peccatuz originale fit ibi sed qz caro trahit in illud ex quo peccatum fit in cum infunditur ipsi carni

**D**ecima est q̄ vtrumqz . scilicet cum caro ppagatur ⁊ cum anima infunditur quod etiam aliquādo dicitur natiuitas .natiuitas tamen pprie dicitur i luctem edicio

**Q**uoniam . Distinctio tricesimalsecunda continet cōclusiones .x.

**P**rima est q̄ i baptismo dupli ei ratione dimittit̄ peccatū originale ⁊ qz p̄ grāz baptismi viciū concupiscencie debilitatur atqz aduenat̄ ita vt iā nō regnet nisi cōsensu ei reddant̄ vires . Et quia reatus ipsius soluitur concupiscencia em̄ carnis in baptismo dimittit̄ .nō vt nō sit h̄ vt si iputet̄ i peccatū . hoc em̄ est non habere peccatū nō esse reuz pei

vnde sicut aliqua peccata p̄tereunt actu remanēt reatu . ita eōuerso fieri potest vt concupiscencia reatu p̄tereat ⁊ actu remaneat

**S**ecūda est q̄ quidā dicunt p̄babilit̄ q̄ i baptismo sicut aīa purgat̄ a reatu . Ita caro a pollutione q̄ i cōceptione ex concupiscencia libidōis cōtrahit purgatur . ita q̄ sicut m̄teriuꝝ baptismi opletur duobus . s. aqua ⁊ spū . ita duo ibi purgat̄ . s. aīa a reatu . ⁊ caro a cōtagione illa

**T**ercia est q̄ alij dicunt tantū animā in baptismo purgari . carnē vero nō ab illa feiditate mundari . et licet caro plis ex carne feda seminet̄ parentum ⁊ in cōcupiscencia concipiat̄ non tamen feiditatem maiorez trahit q̄ caro vnde seminatur habuit . licet ut dicunt absurdum non sit . si carnis natura magis corrupta in posteribus trahatur ex ipsa tamen magis corrupta anima non magis inficitur

**Q**uarta est q̄ concupiscencia q̄ ante baptismum est culpa et pena remanens . post baptismum est tantum pena et non culpa

**Q**uinta est q̄ anima innocēs creata a deo et munda . non iō peccatum originale cōtrahit qz odelectet̄ carni cum ei infundit̄ vt quidam dixerunt quia tunc peccatum illud non originale sed actuale diceretur . h̄ potius ideo ei iputetur illō peccatuz qz

peccatrix anima scilicet a de carne corruptibilem fecit.

**S**exta est quod peccatum originale potest dici necessarium quia vitari non potest. et voluntarium quia ex voluntate primi hominis processit

**S**eptima est quod ex altitudine iudiciorum dei pervenit quod animam quod sine macula fecit corpori infecit. a quo peccati macula trahitur infundit quod prescit ante baptismum ab eo separari et dicitur nari quia hominis utraque natura a principio a deo bona instituta. que licet sit viciata peccato non tamen deus debuit mutare leges primarias humane conditionis. nec a multiplicatione hominum cessare

**O**ctava est quod anima non omnino talis est qualis creata est. quod bona creata. quod bonitate per peccatum non amisit. sed viciata habuit sicut quis pollutas habens manus non tale habet potest quod quale ego mundum dedi

**N**ona est quod rationabiliter videtur pluribus. quod ex ipsa creatione alie anime alias excellunt in naturalibus donis. ut in essentia. alia alijs sic subtilior ut puta acutiori ingenio et perspicaciori intellectu quod in angelis ita esse constat.

**D**ecima est quod licet anime in naturalibus donis alie pre alijs polleant tamen ante baptismum

a corpore discedentibus. pariter penam et post baptismum statim essentiali coronam sortiuntur quia ingenij acumen vel tarditas premium vel penam in futuro non collocat

**P**redictis distinctio xxxiiij. continet conclusiones octo

**P**rima est quod peccata proximorum parentum non imputantur parulis. nec etiam aduale primi parentis. sed solum originale. quod a parentibus trahitur

**S**ecunda est quod in parulis tantum originale peccatum quod interdum per plures numerum designatur sicut et que sunt plures numeri. per singularem referuntur in sacra scriptura designari

**T**ercia est quod paruli qui pro solo originali damnabuntur nullam aliam ignis materialis vel conscientie vermis penam sentient nisi quod dei visione carebunt in perpetuum.

**Q**uarta est quod quidam putant peccatum a deo gravius fuisse ceteris peccatis. tum quia in eo simul plura peccata fuerunt. nam ibi fuit superbia eo quod potius in sua potestate quam dei esse dilexit et sacrilegium quia deo non crederet. et homicidium quia se in morte precipitavit. et fornicatio spiritu al quod integritate mentis corrumpit

et furtum quia cibuz prohibi-  
 tum viurpatus est ⁊ auaricia .  
 quia plus quam sufficere ei de-  
 buit appetit. **S**ecundo fuit cete-  
 ris grauius quia in loco tante  
 felicitatis ⁊ habitu est admissū  
**T**ercio quia magis nocuit eo  
 q̄ totum genus humanum vici-  
 auit. Non est tamen putandum  
 grauius fuisse peccato in spūm  
 sanctum .nec ideo grauius fuit  
 cunctis alijs peccatis quia to-  
 tam humanam naturam corru-  
 pit. sed ideo totam eam corripit  
 quia ab homine commissum est  
 quādo in vno homine tota na-  
 tura consistebat. **E**t ideo maio-  
 rem defectum mali inculit. quā-  
 tum ad multiplices defectus. h̄  
 non quantum ad penaz eternā  
 et iram dei. quam grauiorem pl̄  
 res postea per peccata alia me-  
 ruerunt  
**Q**uinta est q̄ primos paren-  
 tes credendum est per penitenci-  
 am veniam meruisse de peccato  
 quod in statu innocencie cōmi-  
 serunt. per dei sanguinem ab et-  
 erno supplicio liberatos. non tam̄  
 meruerunt in illa vita ad para-  
 dysum reuocari  
**S**exta ē q̄ deus dicitur fode-  
 re peccata parentū in filios vsq̄  
 ad terciam et quartam genera-  
 tionem non q̄ puniat filios qz  
 patres peccauerūt. sed quia pec-  
 cata parentuz filij mutantur et  
 quodam modo hereditario deū

odiunt.

**S**eptima est q̄ ideo specialit̄  
 patres nominauit quia filij so-  
 lēt patres quos p̄cipue diligūt  
 imitari. terciam et quartam ge-  
 nerationem memorauit .quia a-  
 liquando solent parentes tam  
 viu viuere donec filios tripli-  
 ces haberent et quadruplices.  
 qui parentum iniquitatem vi-  
 dentes per imitationez heredes  
 efficiuntur iniquitati ipsoz

**O**ctaua est q̄ illud mystice intel-  
 ligendū ostenditur ex eo q̄ pa-  
 bola dicitur .ita q̄ primus mo-  
 tus suggestiois vl̄ cogitacionis  
 dicitur pater. consensus vero et  
 delectacio multeris. i. inferioris  
 partis rationis filius. sed cōple-  
 tio operis siue delectacio cōpleti-  
 onis qui est consensus vii q̄si  
 superioris partis rationis ne-  
 pos. gloria autem in perpetua  
 cione operis per nepotem dicit̄  
 ⁊ hec ē quarta generacio. quia  
 quarto loco a primo motu qui  
 q̄si pater enumeratur. **D**eus  
 ergo primos et secundos stimu-  
 los cogitacionū. sine quibus nul-  
 lus hominum esse potest. non  
 puniet eternaliter .sed si cogita-  
 ta quis facere decreuit et que  
 facit corrigere noluerit. que sūt  
 mortalia peccata. terciā vl̄ quar-  
 tā generacionē deus puniet eter-  
 naliter

**P**ost distinctio trice  
sima quarta continet  
conclusiones sex

**P**rima est quod origo et causa pec-  
cati siue mali fuit bonum, non  
bonum quod deus est, sed volun-  
tas que a deo bona creata est.  
Causa vero secunda peccati sci-  
licet malorum operum et mala-  
rum voluntatum sequentium, est  
malum quod ortum est ex bono

**S**ecunda est quod malum non est  
nisi in bono, siue in re bona, quia  
malum est priuatio boni, vbi au-  
tem non est bonum non potest esse  
se priuatio boni, sicut vbi non est  
sanitas non potest esse infirmitas,  
vnde non potest esse corruptio  
nisi sit quod corrumpatur

**T**ercia est quod non est dare pu-  
rum malum, bonum autem om-  
nino malo carens est bonum et in-  
tegrum

**Q**uarta est quod bonum minus est  
malum, quamuis quantumcumque  
minuatur necesse est ut aliquid  
remaneat, scilicet ad hec natura est

**Q**uinta est quod ratio dyalectico-  
rum qua dicunt nulli rei simul  
duo inesse contraria, hic deficit  
quia cum bona et mala nullus  
ambigat esse contraria, non so-  
lum simul esse possunt, sed mala  
omnino sine bonis, et non nisi in  
bonis esse possunt. Est tamen in-  
telligentum quod ratio dyalectico-  
rum vera est, nam et si malum non est

nisi in bono, est tamen in illo bo-  
no cui formaliter opponitur quia  
illud priuat.

**S**exta est quod sententia prehabita  
qua dicitur ve qui dicit bo-  
num malum intelligit de rebus  
quibus homines mali sunt, non  
de hominibus, sicut qui dicit  
adulterium bonum, vel qui di-  
cunt homines in quantum ho-  
minem malum esse et bonitatem  
malum esse

**P**ost hec distinctio  
xxxv, continet con-  
clusiones decem

**P**rima est quod peccatum secun-  
dum augustinum est omne vic-  
tum vel factum vel concupitum  
quod sit contra legem dei

**S**ecunda est quod peccatum se-  
cundum augustinum est volun-  
tas retinendi vel concedendi quod  
iusticia vetat

**T**ercia est quod peccatum secun-  
dum ambrosium est priuatio le-  
gis diuina, et celestium inobedi-  
entia preceptorum

**Q**uarta est quod augustinus in  
vtraque dictarum assignationum  
de actuali peccato agit et morta-  
li non de veniali, sed ex prima  
ostenditur actus malus tam in-  
terior quam exterior, ex secunda au-  
tem tantum interior

**Q**uinta est quod occasione dicto-  
rum verborum quidam dixerunt vo-  
luntate mala tamen esse peccatum, et non

actus exteriores. alij voluntate  
 et actus. alij neutrum dicentes  
 omnes actus esse bonos et a deo  
 et malum nihil esse. Sed tradi  
 debet actum malum interiorem  
 et exteriorem. scilicet malam cogi  
 tationem locutionem et operati  
 onem peccatum esse precipue tñ  
 in voluntate consistit peccatum  
 et q̄ tāq̄ ex arboze mala pcedūt  
 opa mala tanq̄ fructus mali  
 Sexta est q̄ quidam non idoc  
 te tradunt voluntatem malam  
 et actus malos inquantum sūt  
 vel inquantum sunt actus bo  
 na esse et a deo esse. inquantum  
 vero inordinate et contra legem  
 dei sunt peccata esse et ita pecca  
 tum inquantū peccatū e nihil  
 est sicut et priuatio  
 Septima est q̄ adulteriū hoī  
 cidii et huiusmodi non denomi  
 nant actus simpliciter. sed adu  
 ti vicia. et ideo licet actus q̄ hoī  
 cidia adulteria sūt a deo sit. n̄ tñ  
 hoīcidia et adulteria a deo sūt  
 Octava est q̄ peccatus est cor  
 ruptio anime. per peccatum em̄  
 expoliatur virtutibus. vulnera  
 tur in bonis naturalibus. que  
 sūt ratio intellectus memoria ige  
 nium et huiusmodi que per pec  
 catum obtenebrantur et viciant  
 per peccatum etiam priuatur il  
 lo bono cuius participatōne ce  
 tera sunt bona. quo tanto ma  
 gis priuatur. quanto magis se  
 ab eo elongat

Nonna est q̄ per peccatum ans  
 ma se elongat a deo non loci di  
 stancia. sed quia ab eius simili  
 tudine recedit. et tanto longius  
 quanto fit dissimilius

Decima est q̄ priuatio potest  
 accipi adiuue vel passiuue. priuati  
 o autē siue corruptio boni vici  
 tur peccatum et pena. sed pecca  
 tum adiuue quia priuat siue cor  
 rumpit bonum. pena autem pas  
 siue qua est effectus peccati. ali  
 ud enim est culpa. et aliud pena  
 culpa est dyaboli vel hominis.  
 pena vero dei

**S**ciendum. Distin  
 ctio tricesima sexta cō  
 tinet cōclufiōes septē

Prima est q̄ quedam pecca  
 ta sunt que etiam sunt pene pec  
 catorum. Inter enim primum  
 peccatum apostasie et vltimam  
 penam ignis eterni. media sunt  
 peccata et pene peccati

Secunda est q̄ ipsum peccatus  
 fm quosdam non est essentialit̄  
 ipsa pena. sed potius ipsa minu  
 tio et corruptio boni q̄ sit p̄ pec  
 catū dicit̄ pena peccati

Tercia est q̄ fm hoc omne  
 peccatū mortale pena dici pōt  
 h̄ nō pena peccati. qz nō dicitur cū  
 se pena peccati illud cuius cā nō  
 ē ad pcedēs peccatum

Quarta ē q̄ quodam peccata sūt  
 pena et cā peccati et istud peccatus  
 ē pena peccati. qd̄ cāz pcedētē h̄z  
 peccatū et illud peccatū ē cā peccati quod

est meritum sequentis culpe

**Q**uinta est q̄ in nullo verita-  
ti preiudicatur si dicantur ipsa  
peccata essentialiter vt ita di-  
cam esse penas. i. puniciones  
precedentiū peccatorum que in  
se sunt ⁊ a deo non tamen inq̄-  
tum peccata sunt a deo nec in-  
quantū peccata sunt pena pec-  
cati. ⁊ tamen inquantum pec-  
cata sunt priuatōes sunt boni  
sed vt supra vidūm est causalit̄  
et adīue priuatōes dicuntur

**S**exta est q̄ diligenter exposi-  
ta est sententiā illorum qui di-  
cunt. omnes actus esse natura-  
liter bonos. ⁊ inquantum sunt  
bonos esse. inquantum vero in-  
ordinate fiunt peccata esse.

**S**eptima est q̄ secundū eos  
quidam actus sunt boni in ge-  
nē vt r̄ficere esuriētes. ē actus  
de genere opis misericordie. q̄  
dam vero actus sunt absolute  
boni. non solum essentialiter. i.  
inquantum sunt. siue secundū  
genus. sed etiā causa ⁊ fine. ut  
sunt illi qui ex bona voluntate  
proveniūt ⁊ bonū finē metiunt̄

**H**inc etiam distinc-  
tio. xxxvij. continet 9  
clusiones sex

**P**rima est q̄ plurimi alij asse-  
runt voluntatem malam. siue  
actum malū peccata esse. ⁊ nul-  
la ratōe bona. nec secundū ali-  
quam rationem ex deo auctore

esse. quia sine deo fiunt  
**S**ecunda est q̄ isti dicunt pee-  
catum esse nihil. non quia non  
sit actio vl' voluntas mala. qui  
aliud est. sed quia a vero esse se-  
parat hominem. ⁊ ad malū tra-  
hit. ⁊ sic ad non esse deducit. q̄  
enim a summi boni participati-  
one recedunt. quod solus vere  
ac pprie ē. merito n̄ esse dicunt̄

**T**ercia est q̄ secundū istos  
vidūm illud augustini. omne  
quod est inquantum est bonū  
est ⁊ deum auctorem habet. itel-  
ligēdū est de substantijs siue na-  
turis. ⁊ qui naturaliter habent  
esse ⁊ non de accidētibus

**Q**uarta est q̄ secundū illos  
aliq̄ res sunt que a deo non sūt  
eiq̄ homines mali sunt. ⁊ hec  
sunt ipsa peccata.

**Q**uinta est q̄ dictarū sententiā  
rū iudiciū magister relinquit  
prudētis legētis arbitrio cui  
vtriusq̄ sententiē noticiam ple-  
narie magister dedit

**S**exta ē q̄ omnes tradatores  
catholici cōcedūt q̄ deus non ē  
auctō maloz itel' ligēdo noīe mī-  
li peccata. n̄ penas q̄ maloz  
pena. q̄ a deo ē. mala ē malis s̄  
respectu dei bona ē. qm̄ iustū ē  
ut mali puniantur.

**P**ost predicta distin-  
ctio. xxxvij. continet cō-  
clusiones nouem

**P**rima ē q̄ volūtas ā sit rca  
vel pna ex suo fine quodlibet  
q̄ finis bone voluntatis ē deus male

voluntatis finis est aliud. scilicet  
vel mala delectatio. vel aliquid  
aliud in quo non debet volun-  
tas quiescere.

**T**ercia est quod qui ponit carita-  
tem sibi finem. deum ponit sibi  
finem. et finis fidelium christus est  
ergo redus atque summus finis  
est pater et filius et spiritus san-  
ctus et hi tres non sunt tres  
fines. quia non sunt tres dii. sed  
vnus deus

**Q**uarta est quod aliquae bone vo-  
luntates suos proprios fines ha-  
bent qui tamen referuntur ad  
vnum qui est finis finium. de quo  
iam dictum est

**Q**uinta est quod recte sunt volun-  
tates et omnes sibi met colliga-  
te. si bona est illa ad quam cur-  
re referuntur. si autem prava est  
prave sunt omnes

**S**exta est quod propter deum omnia  
facienda sunt. ut omnia que fa-  
ciamus. omneque fines ad eum re-  
feramus

**S**eptima est quod differentia est in-  
ter voluntatem et intentionem  
et fines. quia voluntas est qua  
volumus aliquid. finis vero vo-  
luntatis est illud quod volumus  
vel potius aliud propter quod  
illud volumus. Intentio vero  
interdum pro voluntate intelligit  
interdum pro fine voluntatis acci-  
pitur

**O**ctava est quod finis voluntatis  
est delectatio bona vel mala ad

quod quisque nititur pervenire. finis  
etiam voluntatis dicitur illud  
quod volumus et illud propter quod  
volumus. Intentio vero respi-  
cit ad illud propter quod volu-  
mus. et voluntas ad id quod  
volumus

**N**ona est quod intentio qua respi-  
cimus ad illud propter quod vo-  
lumus videtur esse voluntas. sicut  
enim voluntas est qua volo re-  
ficere pauperes. ita est voluntas  
qua per illud volo habere vitam  
eternam

**D**ecima est quod secundum alios alia est  
voluntas qua volo habere vitam  
eternam et alia qua volo pauperi  
subvenire propter vitam eternam  
Secundum alios vero una vo-  
luntas est hic et ibi. sed propter  
substantiorum multitudinem vo-  
luntatis diversitas memoratur

**H**ic oritur distinctio. xxxij. continet. v.  
conclusiones

**P**rima est quod vis volendi. id est  
ipsa voluntas naturaliter ho-  
mini insita nunquam est peccatum  
hic nec vis memorandi vel intelli-  
gendi sed actus eius qui et volun-  
tas dicitur tunc peccatum est quando inordi-  
natus est

**S**ecunda est quod alterius generis  
est actus voluntatis quam actus intel-  
ligentie vel memorie. quia actus  
voluntatis est ad aliquid adipi-  
scendum. vel non admittendum

q̄ nō p̄t esse de malis q̄n̄ sit ma-  
lus. velle. n. mala malū ē. Intel-  
ligere aut̄ vel medrari mala nō  
ē malū. Tercia ē q̄ fm aliq̄s  
i nobis duplex ē motus volun-  
tatis. vnus q̄ naturalit̄ volūmus  
bonū ⁊ vocat̄ superior̄. sintilla  
ratiois. q̄ hō sp̄ bonū vult ⁊ ma-  
lum odit. q̄ fm ieronimū i Ta-  
yn extigui nō potuit. Alius mo-  
tus q̄ mens relicta lege superior̄  
zi s̄icit se peccatis eiq̄ oblecta-  
tur. Et iste motus ante q̄ grā al-  
sit d̄natur in homine ⁊ de p̄mit-  
p̄imū motū. vterq̄ tamen ex li-  
bero arbitrio est.

Quarta est q̄ veniente grā il-  
le malus motus elidit̄. ⁊ alter  
naturalit̄ bonus liberat̄ et ad-  
iuuatur vt efficacit̄ bonū velit  
ante grāz vero licz naturaliter  
velit hō bonū. nō tamē absolu-  
te cōcedit̄ bonaz habere volun-  
tatē sed potius mala. n.

Quinta est q̄ alij dicūt vnum  
motuz volūtatis q̄ hō natura-  
liter vult bonū. et ex vitio vult  
malum. eo q̄ delectat̄ ⁊ iquan-  
tū vult bonuz naturalit̄ bonus  
ē iquantū vult malū malus est

**P**ost hec. **D**istincti-  
o. xl. et in eo d̄clūho. v.  
Prima ē q̄ licz fm q̄sdā ōnes  
actus in p̄tūm sūt. boni sūt. illū  
tū actus simpliciter ac vere bo-  
ni sūt qui bonā habent cāz et  
intentionē. et qui voluntatem  
bonam cōcomitāt̄. et ad bonuz

finem eadūt. mali vero simplici-  
ter dici debēt. q̄ p̄ter am habēt  
causam ⁊ intentionem. nam fm. ā  
broñuz. effectus tuus nom̄ tuo  
operi imponit.

Secunda est q̄ fm aliquos  
omnis actus de se est indifferens  
⁊ potest esse bonus si fiat inten-  
tione bona ⁊ malus si mala

Tercia est q̄ fm aliquos tem-  
perata est differentia actū. que  
dam. n. sūt bona ita q̄ mala  
esse nō possunt q̄cumq̄ modo fi-  
ant. q̄oaz vero sic sūt mala vt  
nō possunt esse bona ex q̄cumq̄  
causa fiant. alia vero sūt q̄ ex  
fine siue cā bona sūt vel mala.

Quarta est q̄ fm aliq̄s q̄ ex  
affectu ⁊ intentione nom̄ iponatur  
opi. vey est generaliter i bonis  
operibus. s̄ i mal̄ excipiuntur.  
q̄ per se mala sūt. ita q̄ oia ope-  
ra hois fm intentionē ⁊ cāz iuo-  
catur bona s̄ mala exceptis hīs  
q̄ per se mala sūt. i. q̄ si e p̄ua-  
ricatōe fieri nequeunt.

Quinta ē q̄ alij dicunt. q̄ ma-  
la puta furare ⁊ h̄mōi bonam  
causaz habere nequeunt. licz vi-  
deantur habere

**Q**uinq̄. **d**istinctio  
xli. oriet cōcl̄hoēs vi.  
Prima est q̄ q̄dā nō irratiōna-  
biliter dicūt ōnes actōes ⁊ vo-  
luntates hois sine fide malas  
eē ⁊ sic ōniuz infideliz vita pec-  
catuz est. et id nulluz mādaruz  
n̄lluz opus bonū facit q̄ fide ⁊

caritatem non habet. cum fides intentionem dirigit. tum quia apostolus dicit. q̄ nō est ex fide peccatū est. tum q̄ quod ad caritatez nō refertur non fit q̄ ad modū fieri oportet. Ideo q̄ maluz est. tū q̄ impossibile est sine fide aliquid placere deo

¶ Secunda est q̄ illi qui ponūt triphariam distinctionez actū dicunt opera que infideles naturaliter pietate faciunt bona esse et bona intentione fieri. sed non illa intentione que est remunerabilis ad vitam q̄ fides dirigit. intellige cū caritate. si tamē mala intentione fierent peccata eēnt

¶ Tercia est q̄ illud quod dicit augustinus q̄ peccatū adeo est voluntariuz. quod si non sit voluntariuz iam non est peccatuz accipiendū est de peccato primi hominis. vel de omnibus generaliter peccatis mortiferis quoruz quedam licet dicantur non voluntaria. que .s. per ignorantiam et infirmitatem fiunt. eadē tamen ratione possunt dici voluntaria q̄ sine voluntate nō fiūt

¶ Quarta est q̄ illud augustinū peccatuz nusq̄ est nisi in voluntate illud peccatuz precipue est intelligendū. quam iusta damnatio consecuta est. .i. primi hominis peccatuz. quia apostolus dicit quod nolo hoc facio

¶ Quinta est q̄ non peccat nisi voluntate. et voluntas est aimi

motus cogente nullo ad aliq̄ adipiscenduz v̄l non admittendum. hec autē vera sunt de peccato primi hominis. qui scienter contra dei preceptuz fecit. et etiam de omni peccato actuali mortali. specialit̄ quo ad factū. nam si interdum peccatur ex ignorantia. ipsum tamen factum quod peccatuz dicitur voluntarie fit

¶ Sexta est q̄ voluntas est prima causa peccandi. nec aliquid est causa in voluntate q̄ ipsa voluntas. Et voluntas mala peccatum voluntarium dicitur q̄ in voluntate consistit

**Q**uam autem. distinctio. xlii. continet conclusiones nouem

¶ Prima est q̄ consensus voluntatis in peccatū mortale et operatio exterior licet sint duo. non tamen duo peccata. sed vnuz. et vna transgressio. licet alio precepto actus exterior et alio actus interior prohibeat. sicut et duo precipiuntur diligi ex caritate que non est nisi vna. maius tamen peccatum est consensus cū opere exteriori q̄ sine eo

¶ Secunda est q̄ peccatum vū sit actu interiori v̄l exteriori manet actu et reatu. sed transeunte actu manet reatu. vnde peccatū nunq̄ est in aliquo actu preter originale quinetiam sit et reatu et tamē interdū ē reatu postq̄

transiit actu .

**T**ercia est q̄ reatus accipitur in scriptura p̄ culpa ⁊ p̄ pena ⁊ pro obligatiōe pene temporalis vel eterne . ita q̄ mortale obligat nos pene eterne . veniale vero pene tēporali . ⁊ hec sunt duo genera peccatorū . s̄ . mortale ⁊ veniale

**Q**uarta est q̄ crimē secundū Augustinum est quod dignū ē accusatione ⁊ damnatione

**Q**uinta est q̄ modi peccādi varie sumunt̄ . Naz̄ secundū Augustinum omne peccatum mortale oritur . vel ex cupiditate mala intendente . vel exteriorē male humiliante . secundū autem . Jeronimū peccatur . aut cogitatione . aut locutione . aut operatione . ⁊ aliquando additur quartus modus . s̄ . consuetudine . peccat etiam homo in deum proximū ⁊ in seipsum .

**S**exta ē q̄ p̄m̄ dicitur peccatum ⁊ delictū . h̄ delicta declinare a bono . peccatum autē facere malum vel delictū dicitur q̄ fit ignoranter . peccatum vero quod scienter . licet indifferentē vnum per aliud appelletur

**S**eptima ē q̄ vicia capitalia sūt septē . s̄ . supbia . inanis gloria . ira . inuidia . accidia vel tristitia . gula . et luxuria . que dicuntur capitalia . quia ex eis omnia mala oriuntur

**O**ctava est q̄ ex superbia que

ē amor p̄rie excellentie . omnia mala oriuntur secundū Gregorū . n̄ cuius sunt quatuor species

**P**rima est q̄ bonum quod habet quis sibi attribuit .

**S**ecunda cum credit a deo esse datum sed tamen pro suis meritis .

**T**ercia est cum se quis iactat habere q̄ n̄ habet .

**Q**uarta cum ceteris despectis singulariter per certos vult videri .

**N**ona est q̄ initium omnis peccati est superbia ecclesiastici iij . ⁊ radix omnium malorum ē cupiditas . i . th̄ . vi . ⁊ utrūq̄ verum est si stat distributio pro generibus angulorum . nō pro singulis generum . Nullum enim genus peccati quod interdū ex superbia . ⁊ interdū ex cupiditate non descendat . aliqui enim ex cupiditate fiunt superbi ⁊ aliqui ex superbia fiunt cupidi .

**E**t preterea . distinctio quadragesimaliter continet conclusiones septem .

**P**rima est q̄ est quoddam genus p̄m̄ ceteris grauius quod dicitur peccatum in spiritum sanctum ⁊ peccatum ad mortem

**S**ecunda ē q̄ q̄dā dicit p̄m̄

in spiritu sanctum esse peccatum  
obstinationis et desperationis. Est  
autem obstinatio indurate mentis  
in malicia pertinacia per quam  
fit homo impenitens. Desperatio  
vero est, qua quis penitens dis  
fidit de dei bonitate estimans  
sua maliciam magnitudinem  
excedere diuine bonitatis

¶ Tercia est quod utrumque istorum est  
peccatum in spiritu sancto, quod  
est amor patris et filii et benignitas  
qua se inuicem diligunt et nos  
nam obstinatus facit contra amo  
rem, desperatus contra benignitatem

¶ Quarta est quod quidam dicunt  
omnes obstinationes et despera  
tiones esse peccatum in spiritu  
sancto, et secundum illos illud pec  
catum dicitur irremissibile non quoniam  
aliquando remittitur quod multi  
obstinatissimi et desperatissimi con  
uertuntur secundum augustinum  
sed quia vix aut raro aut diffi  
ciliter remittitur

¶ Quinta est quod alij dicunt, non  
omnem obstinationem et despera  
tiones esse peccatum in spiritu  
sancto, sed illam tantum quam fina  
lis impenitentia scditatur, et sic  
dicitur peccatum omnino irremis  
sibile

¶ Sexta est quod impugnatio veri  
tatis post agnitionem, et inuidiam  
fraterne gratie post reconcili  
ationem sunt peccata in spiritu  
sancto. Et sunt etiam quedam  
species obstinationis

¶ Septima est quod peccatum ex firmitate dicitur peccatum in patrem cui potentia attribuitur, peccatum ex ignorantia, dicitur peccatum in filium cui sapientia appropriatur, et hi de facili veniam adipiscuntur, sed non qui peccat ex inuidia fraterne gratie, et impugnacione veritatis agnita quod ex certa scientia contra bonitatem que spiritui sancto appropriat peccat, nec distinctio illa accipienda est, quia trium personarum diuise sunt offensa, sed peccatorum genera ibi sunt distincta. Et notandum quod licet magister in littera non faciat mentionem nisi de quatuor speciebus peccati in spiritu sancto, a magistris tamen omniniter ponuntur sex, scilicet desperatio, presumptio, obstinatio, finalis impenitentia, impugnatio veritatis agnita, inuidencia fraterne gratie cum ex electione et certa malicia committuntur

**P**ost predicta distinctio xliij, continet conclusiones quatuor

¶ Prima est quod secundum aliquos quos potentia recte agendi, est in nobis a deo, potentia vero peccandi, non est a deo, sed a nobis vel a dyabolo sicut mala voluntas non a deo nobis est sed a nobis et a dyabolo, bona autem tantum a deo nobis est

¶ Secunda est quod euidenter per scripturas

Ostenditur q̄ non ē potestas bo-  
ni vel mali cuiusq̄. nisi a deo  
et si te lateat equitas

**T**ercia est q̄ quando aposto-  
lus dicit. ro. xij. q̄ q̄ potestati r̄-  
sistit. dei ordinationi resistit loq̄-  
tur de seculari potestate. s. rege  
p̄ncipe ⁊ hm̄i quibus non ē  
resistendum in his que deus iu-  
bet eis exhibere. scilicet in tribu-  
tis et hm̄i.

**Q**uarta est q̄ potestas oya-  
boli vel hoīnis tunc resistimus  
cum aliquid contra deum sug-  
gesserint. in quo dei ordinationi  
non resistimus s̄ obtemperamus  
sic enim deus precipit vt in ma-  
lis nulli potestati obediamus.

Explicunt conclusiones secundi  
libri sententiarum

**Q**uoniam venit. distinc-  
tio prima tercij libri  
sententiarum continz  
quinz conclusiones

**P**rima est q̄ filij dei missio ē  
ipsa incarnatio. eo enim missus  
est q̄ in forma hominis mundo  
apparuit visibilis q̄ missio facta  
est in tempore plenitudinis. id ē  
gracie. quod ab aduentu salua-  
toris exordium sumpsit in quo  
per cristum gracia facta ē. q̄ p̄

caritatez impletur quod in lege  
precipiebatur ⁊ veritas. quia  
per cristum perficitur humane  
redemptionis sponsio olim fac-  
ta.

**S**ecunda ē q̄ solus filius ho-  
minem assumpsit. nō pater nec  
spiritus sanctus. vt deus qui i  
sapientia sua mundum condide-  
rat in eadem ipsum restauraret  
**E**t etiam vt qui erat in deitate  
dei filius. fieret in humanitate  
hominis filius. nec esset in dei  
tate alius filius. ⁊ alius in hu-  
manitate. **E**t etiaz est filius mis-  
sus non pater. quia congruenti-  
us mitti debebat qui est ab alio  
q̄ qui a nullo. pater autē a nullo  
est. pater ergo nō est missus. ne  
si mitteretur ab aliquo putare-  
tur

**T**ercia est q̄ ex deo natus est  
dei filius secundum veritatem  
nature. factus est ex homine ho-  
minis filius secundum verita-  
tem nature. vt veritas geniti nō  
in vtraq̄ natiuitate filij nomen  
nascendo haberet. ⁊ esset verus  
deus. ⁊ verus homo. vnus fili-  
us. non ergo duos cristos. non  
duos filios. sed deum et homi-  
nem vnum filium manentem in  
duabus substantijs dicimus s̄  
confusis naturis neq̄ mixtis s̄  
societate vnitatis

**Q**uarta est q̄ sicut filius hō  
factus est. ita pater ⁊ sp̄s sanctus

possit et postz carnem assumere  
et homo fieri

Quinta est qd solus filius dei  
carnem assumpsit. tamen ipsam  
incarnationem cum patre et spu  
sancto operatus est eo qd indivi  
sa sunt opera trinitatis.

**E**t quia distinctio  
secunda continet con  
clusiones quatuor

Prima est quia in homine to  
ta natura vicio corrupta erat  
totam assumpsit. i. animam et car  
nem. et horuz proprietates siue ac  
cidentia vt totuz curaret et san  
tificaret et humane nature si  
ue humanitatis vocabulo ani  
ma et caro intelligi debet

Secunda est qd dei filius assu  
sit carnem mediante anima. et ai  
ma mediante spiritu. et hoc sic fie  
ri congruum fuit. et hoc fecit sine co  
tagine sui. sicut sol per feces ra  
dios mittit. et tñ mundos eos ser  
uat et sinceros

Tercia est qd spiritus est pars  
anime superior que maiori simi  
litudine deo appinquatur qd ai  
ma scilicet ipsa eadem sim inferior  
rem partez. et anima magis qd  
corpus. ideo non dicitur in con  
gene qd anima assumpta sit p spi  
rituz et corpus per animam

Quarta est qd verbuz totum  
hominem assumpsit. simulqz sibi  
vniuit animam et carnem. nec ca  
ro prius fuit concepta et postmo

duz assumpta. sed in assumptio  
ne concepta. secundum enim gre  
gorium angelo nunciante et spi  
ritu sancto adueniente mox ver  
buz in utero. mox intra uteruz  
vera caro

**Q**ueritur. Distinc  
tio tertia continet co  
clusiones quinqz.

Prima est qd iuxta sanctorum  
attestationem credi oportet car  
nem verbi prius qd conciperetur  
peccato fuisse obnoxiam sicut r  
liqua virginis. sed spūs sancti  
operatione ita mundatā vt ab  
omni contagio peccati immunis  
viveretur verbo. pena tamen nō  
necessitate. sed voluntate assum  
tis remanente.

Secunda est qd spūs sanctus  
preueniens in mariā totaz pri  
us a peccato purgavit et a fo  
mite peccati liberavit vel fomi  
tem penitus extinguendo vt q  
dam dicunt. vel sic debilitando vt  
ei postmodū peccati occasio nul  
latinus extiterat. vñ ex tñc ab  
omni peccato extitit immunis ponit  
etiā generandi absqz viri semine  
virginī preparavit. et tñc filius  
dei ex purissimis sanguinibus  
virginis carnē animatā racio  
nali anima sine vicio conceptam  
sibi copulavit.

Tercia est qd sicut adam peccā  
te qui in lumbis eius erant pec  
caverūt sic abrahā dāte decimas

melchisedech. qui i libris eius e  
rant decimati sunt. **I**ntellige q  
ad utrumq; de illis qui i libris  
eorum erat fm ratione seminalē  
qua ratione per concubitū ven  
turi erant in matrem secundū  
q; ratione; non erat in eis caro  
cristi. ⁊ ideo cristus nō est deci  
matus nec peccavit

**Q**uarta est q; verbum assum  
ptū carnē hūm pced in peccā pe  
na. nō culpa. ⁊ ideo non pecca  
tricem. **C**etera vero hominū ca  
ro omnis est peccati.

**Q**uarta est q; augustinus sup  
illud iohānis. quoraginta ⁊ sex  
annis edificatum est templum  
dicit hic numerus pfectioni do  
minici corporis ouenit. q; ut di  
cunt phi. tot diebus forma hu  
mani corporis perficitur q; nō  
ideo dicit augustinus q; mor  
ut caro illa opōne spiritus sācti  
sanctificata ⁊ a reliqua separata  
fuit verbo dei cum anima. vni  
retur. sed q; mēbro illius domi  
nici corporis distinctō i ipso mo  
mento conceptionis et vnionis  
dei ⁊ hominis adeo erat parua  
ut humano visui vix poss; subi  
ci diebus autē n memoratis p  
fecta notabilis est effecta.

**Q**uarta est q; cristus secundū

peratio non ideo sepius spiritus  
sanctus tribuitur q; eam solus si  
ne patre et filio fecerit. sed poti  
us vno nominato tres itelligū  
tur. sed quia spiritus sanctus ē  
caritas ⁊ donum patris et filij  
ineffabili dei caritate verbum  
dei caro factus est. ⁊ inestimabi  
li dono dei sibi iduit formā sui

**S**ecunda est q; licet xps con  
ceptus et natus de spiritu sanc  
to dicatur. nō tamē filius spiri  
tus sancti dicitur. **E**st autē vir  
ginis filius. q; nō sic de illo ut  
de viro. sic autē de illa ut de ma  
tre natus est. nec est conceden  
dum q; quicquid de aliquo na  
scitur q; sit illius rei filius. nec  
etiā semper qui dicitur filius de  
illo natus est sicut adoptiuus.

**T**ercia est q; motus ille quo  
xps natus dicitur de maria. si  
cut filius ⁊ de spū sancto non si  
cut filius insinuat nobis graciā  
qua hō ille nullis pcedentibus  
meritis in ipso exordio. quo esse  
cepit verbo dei copula. et in tā  
tam persone vnitatem. ut idem  
esset filius dei ⁊ hominis ⁊ econ  
uerso. ⁊ sic in nature humane su  
sceptiōe fieret quodammodo ip  
sa graciā illius hominis natu  
ralis q; nullum posset admittere  
re peccatum. que graciā ideo p  
spiritum sanctum est signata q;  
ipse pprie sic est deus ut sit etiā  
donum dei

**Q**uarta est q; cristus secundū

hominem conceptus et natus potest dici de spiritu sancto qui cum fecit, per gratiam enim dei et operationem spiritus sancti de carne virginis est assumptum quod verbo est unitum

Quinta est quod nos profitemur creatum natum, apostolus autem ad romanos, i. dicit ipsum factum ex semine dauid gal. iij. factum ex muliere, quod iohannes dicit ne eius natiuitas que fuit sine viri semine nostre similis putaretur, que conficitur seminum mixtione, homines enim possunt homines generare, non facere, sed deus potest facere, dicit autem ex semine dauid, non quod eme hominis in conceptione virginis fuit, sed quia christus formatus est ex carne virginis que fuit ex semine

**P**roterea distinctio quinta continet conclusiones septem

Prima est quod certum et sine ambiguitate verum est, quod natura humana personam non assumptit, nec persona personam, sed persona diuina naturam assumpsit humanam

Secunda est quod concedimus personam filii assumpsisse humanam naturam, et naturam diuinam humane nature in filio unitam eamque sibi vnisse vel assumpsisse

unde et vere incarnata dicitur non tamen assumpsit personam hominis

Tercia est quod si in scripturis reperitur dictum, quod natura diuina esset caro facta, sicut dicitur verbum caro factum est, accipietur in eo sensu quo diceretur incarnata, sed quia id auctoritas substituit, melius hoc filere puto, negare quam temere asserere, ne si illud dicitur conuertibilitas nature in naturam signari putaretur

Quarta est quod filius dicitur factus homo non solum quia hominem assumpsit, sed quia ipsum unitatem et singularitatem persone accepit, diuina autem natura hominem quidam accepit, id est hominis formam sibi vnuit, sed non in singularitate et unitate sui, seruata enim proprietate ac diuersitate duarum naturarum existit persone singularitas, et ideo non dicit diuina natura sic esse homo, vel facta homo sicut dei filius, quidam tamen utrumque indifferenter concedunt

Quinta est quod alia est unio anime spiritus ad carnem, et alia verbi, ad animam et carnem verbis ergo non accepit personam hominis sed naturam, quia non erat ex carne illa et anima illa una persona composita antequam verbis acceperit, sed accipiendo vnuit et vniedo accepit. Sexta est

¶ persona est substantia ratio-  
nalis indiuidue nature ⁊ ideo  
licet alia non sit persona quan-  
do est alteri rei vnita personalit̄  
est tamen persona sicut angelus  
quando est per se a corpore ab-  
soluta. Et ē intelligendū q̄ hic  
magister non tenetur. Nam ani-  
ma separata nō est persona ha-  
bet enim inclinationē ad corpus  
licet actū ipsū nō informet.

¶ Septima ē q̄ si homo cristus  
siue illē hō siue quidā homo di-  
catur assumptus a verbo nō ē  
intelligendū q̄ hominis persona  
sit assumpta. s̄ eētia siue aīma  
⁊ caro in quibus subsistit perso-  
na. s̄. dei ⁊ hominis

**E**x premissis distin-  
ctio sexta continet cō-  
clusiones tres secun-  
dū tres opiniones.

¶ Prima dicit per verbū incar-  
nationem hominem q̄daz ex aī-  
ma rationali ⁊ humana carne  
constituitur ex quibus duobus o-  
mnis verus homo constituitur ⁊  
ille homo cepit esse deus nō q̄  
natura dei sed persona verbi ⁊  
deus cepit esse homo ille. dicit  
etiam hominem illū assumptū  
a verbo ⁊ vnitū verbo ⁊ tamē  
nō esse verbū. dicit etiā q̄ deus  
factus ē homo. ⁊ homo factus  
deus. ⁊ homo est deus ⁊ deus  
est homo ⁊ filius dei est filius  
hominis. ⁊ e conuerso deus enī

factus est. i. homo cepit esse que-  
dam substantia ex anima ratio-  
nali ⁊ humana carne subsistēs  
et illa substantia facta ē. i. cepit  
esse deus non demigratione na-  
ture in naturam. s̄ factus est v̄  
usq̄ nature seruata proprietate  
Cumq̄ dicat illum hominem ex  
anima rationali et humana car-  
ne subsistere. nō tamē fatetur ex  
duabus naturis esse cōpositū.  
diuina scilicet ⁊ humana natu-  
ra. nec illius partes esse duas  
naturas sed animē tm̄ et carnē.  
Et est sciendū q̄ si opinio p̄ ho-  
minem intelligat suppositum fal-  
sa est q̄ in cristo non est suppo-  
situm creatur.

¶ Secunda in parte isti consen-  
tens dicit hominem illū nō ex ra-  
tionali anima ⁊ carne tm̄ sed ex  
humana ⁊ diuina natura. i. ex  
tribus substantijs. s̄. deitate car-  
ne ⁊ anima constare et hunc cri-  
stum fatetur. et vnā tm̄ p̄so-  
nam esse ante incarnationē sim-  
plicē. sed incarnatione facta cō-  
positā ex deitate ⁊ humanitate  
nec ē alia p̄sona q̄ prius. s̄ pri-  
us erat dei tm̄ persona. nunc  
autē dei ⁊ hominis. vnde per-  
sona que prius erat simplex et ī  
vna tm̄ natura exis. subsistit ī  
duabus et ex duabus naturis.  
Illa autē persona et si sit facta.  
quodam subsistens ex aīa et car-  
ne non tamen est facta persona  
vel substantia. ⁊ natura. et igitur

est ille subsistens opposita est. in  
 quatuor autem verbis est. eē simplex ē  
 Et sciendū q̄ hec opinio falsa est  
 in hoc q̄ dicit personam dei esse  
 compositam

**T**ercia. psonā ex naturis opo-  
 sitā et hoīez assumptū. siue aliq̄  
 substantiā ibi ex aīa et carne cō-  
 positāz v̄l factā negat. s̄z sic illa  
 duo. s. aīam et carnem verbi pso-  
 ne v̄l nature vnitas dicit. vt  
 nō ex illis duabus v̄l hīs tri-  
 bus aliqua substantia v̄l psona  
 opōita. sed illis duobus veluo  
 induitū verbū est vestitū. et ita  
 fm habituz. deus factus est hō  
 et est hō et eouerso. non enī eēn-  
 tialit̄ deus est homo. alias mu-  
 lier ess̄ deus et eouerso si  
 hominem in sexu muliebri as-  
 sumpsisset. ipsa autē psona verbi  
 que prius erat sine induitū nō  
 ē diuisa v̄l mutata s̄z vna eadē  
 q̄ permansit. Et sciendū q̄ hec  
 opinio falsa ē. qz negat substantiā  
 opōitam ex carne et anima et in  
 hoc q̄ dicit naturaz huānaz ac-  
 cidentaliter vnitam verbo

**S**ecunduz primam  
 distinctio septima con-  
 tinet sex cōclusiones  
**P**rima ē q̄ fm primā opinio-  
 nem. deus dicitur factus hō et  
 eouerso. qz deus cepit esse que-  
 dam substantia rationalis que  
 ante non fuerat. et illa substantia  
 cepit esse dūz hoc habuit gra-

cia non natura vel meritis. v̄l  
 de re de dicitur xps in quantum  
 homo predestinatus est esse fili-  
 us dei

**S**ecunda est q̄ secundum se-  
 cundam opinionem. cū dicitur  
 deus factus est hō. intelligit̄ ce-  
 pisse eē subsistens i duabus na-  
 turis v̄l tribus substantijs et eo-  
 uerso hō factus est deus. qz sub-  
 stēs i duabus naturis cepit eē  
 deus l̄ potius dicitur. hō factus  
 est deus. et eouerso. qz deus as-  
 sumpsit hoīez. et hō assumptus est  
 a deo. **I**ti dicūt xpm esse p̄oel-  
 dinatū i q̄tuz est hō. i. sub-  
 stēs ex duabus substantijs et carne.  
 nam quātū ad naturā diuināz  
 si ē ipe p̄oelstinatus nō ergo in-  
 quantū i ea l̄ ex ea subsistit p̄oel-  
 stinatus est. s̄z i quantū subsistit  
 i alijs duabus substantijs. i. in  
 anima et carne hoc est i q̄tū hō.

**T**ercia ē q̄ fm terciā opinionez  
 dicitur deus factus hō. qz hoī-  
 nē accepit. et dicit̄ hō qz hoīez  
 h̄z. l̄ qz ē habens homiez. et hō  
 factus deus dicit̄ qz assumptus ē  
 a deo. et hō ē deus. qz habens  
 homiez est deus. **T**uz ergo dici-  
 tur deus ē hō vel habitus dici-  
 tur l̄ psona habituata. **T**ū autē  
 dicit̄ deus factus ē hō intelligitur  
 naturā humanā accepisse v̄l hu-  
 manatū verbū esse i cepisse. nec  
 tamē si i cepit esse huānatū ver-  
 bum sequitur q̄ i cepit eē verbū  
 nec si deus factus est huānatū

verbuꝝ sequitur q̄ factus sit & bum. secundum istos cristus secundū q̄ homo predestinatus est filius dei. q̄ est predestinatus a deo ab eterno. ⁊ i tempore collatū ei per gratiam vt ipe ens homo sit filius dei hoc enī omnino semper habuit sed in tēpore per gratiam accepit.

¶ Quarta ē q̄ licet dicatur hō deus non tamen agrue dicitur homo om̄icus. qui est mediator dei ⁊ hominū. hūc xp̄us ihesus cum sit vtiq̄ dominus

¶ Quinta est q̄ secundū terciāz opinionē dicitur persona filij i duabus et ex duabus existere naturis. sed fm adherentiam ⁊ ita inexistit.

¶ Sexta est q̄ secundūz diuersorum sententias abq̄z assertionē ⁊ sine preiudicio tractauī quōz hoc autē firmiter est tenendū. q̄ deus hominem assumpsit. hō i deum transiuit non nature veritabilitate. sed dei dignatione. vt deus nec mutaretur in humanāz substantiam hominem assumendo nec homo in diuinā gloriāzificatus in deuz

**P**ost predicta. Distinctio octaua habet conclusiones duas

¶ Prima est q̄ diuina natura n̄ debet dici nata de virgine. cum nō sit nata de patre. que enim res de patre non est genita. nō

videtur de matrē nata nec res aliqua filiationis nomen habeat in humanitate que illud nō teneat in deitate.

¶ Secunda est q̄ cristū bis natū dicimus duasq̄ habuisse natiuitates. s. diuinā ⁊ humanā vnā ex patre ante secula. aliā ex matre in tempore. vtraq̄ autē natiuitas vnus est filij dei.

**P**roterea. distinctio nona continet conclusiones tres

¶ Prima est q̄ omnes virtutes  
sibi adherent. ut qui vna carue  
rit omnibus careat. et qui vna  
habet omnes habet. est enī ca  
ritas sic mater omnium virtu  
tum. In quocunq; est ipsa ma  
ter et cuncti eius filij id est vir  
tutes.

¶ Secūda est quis non omēs  
virtutes pariter possidet. sed a  
lic magis alie minus habētur  
ab aliquo ut aliqui dicūt. sicut  
patientia in iob emicuit. humi  
litas in dauid. qui etiam dicūt  
magis mereri aliquem per ali  
quam virtutem q̄z per aliam si  
cut eam plenius habet. non ta  
men per aliquam magis mere  
ri dicunt q̄z per caritatem. nec  
aliquam plenius haberi a quo  
q̄z caritate que ceteras gignit.  
Alij dicunt verius omnes vir

tutes et similes et pares esse in quocumque sunt. ut qui in una alteri par extiterit in omnibus eisdem equalis sit.

**T**ercia est quod propter differentiam actuum exteriorum aliquis magis vel minus habere dicitur, cum tamen simul et pariter omnes habeant quantum ad mentis habitum, vel eius essentiam licet in actu uno aliam magis aliam minus habet, aliquam etiam non habet, ut vir iustus utens coniugio non habet continentiam in actu quam tamen habet in habitu.

**Q**uarta est quod peccata dicuntur paria, forte quia magis facit contra caritatem quam gravius peccat minus quam leuius, nemo enim peccat nisi contra caritatem faciendo et ideo recte dicitur quod qui offendit in uno factus est omnium reus, id est contra caritatem facit in qua pendunt omnia.

**Q**uinta est quod omnia moralia in lege et prophetis tradita reducuntur ad decem precepta, et decem ad duo precepta caritatis reducuntur, quia per caritatem implentur et ad caritatem tanquam in finem referri debent.

**S**exta est quod ceremonialia non iustificationis gratia quam facit caritas instituta sunt, sed in figura futuri et in onus imposita sunt, ideo clarescente veritate cessauerunt velut umbra, verum tamen secundum spiritualia in

tellectum quem continent ad caritatem referuntur.

**S**eptima est quod inimicus iusticie est qui timore pene non peccat, amicus autem qui amore legis non peccat, igitur et omnium diuinarum scripturarum plenitudo est dilectio dei et proximi.

**S**ed iam. **D**istinctio tricesima septima continet conclusiones octo. **P**rima est quod decem sunt precepta, quorum tria que sunt in prima tabula pertinent ad deum scilicet ad cognitionem et dilectionem trinitatis, septem que sunt in secunda tabula ad dilectionem proximi.

**S**ecunda est quod preceptum primum in prima tabula est, non habebis deos alienos, secundum est, non assumes nomen dei in vanum, quod est dicere secundum litteram, non iurabis nomen dei pro nichilo, Allegorice non putes dei filium esse creaturam sed equalem patri.

**T**ercium est ut diem sabbati sancti obseruatis, ubi precipitur sabbati obseruatio, Allegorice vero ut requies hic a vicis, et in futuro in dei contemplatione expectes ex spiritu sancto, Primum quod est de uno deo colendo primum ad patrem in quo est unitas vel auctoritas, secundum ad filium in quo est equalitas, tertium ad spiritum sanctum in quo est veritas conuicatio

**T**ercia est q̄ in primo precep-  
to prohibetur explicite factio y-  
dolorū ⁊ similitudinis. ydolum  
autem non est aliquid in mun-  
do. quia non alique species  
affine ex rebus constantibus.  
S̄ q̄ mens curiosa ⁊ ociosa rep-  
erit. Similitudo est cuz aliqs  
ex hīs que sunt vel in celo vel  
in terra. vel in aquis format.

**Q**uarta est q̄ quidam dicūt  
q̄ omnis forma ⁊ omne quod  
est a deo est inquantū est. ⁊ sic  
ydolum et peccatum a deo est  
in quantū est. sed non in quantū  
ydolū. id est positum ad adorā-  
dum illud. quia in hoc non est  
creatura. S̄ peruersio creature.  
Alij dicunt omnem formam ⁊  
omne qd̄ naturaliter est a deo  
esse. forma autē ydoli non ē na-  
turaliter. illud autem dicit esse  
naturaliter quod deo militat.  
⁊ non repugnat. naturāq̄ crea-  
tam non viciat.

**Q**uinta est q̄ donum quod  
est remissio peccatorū quam fa-  
cit trinitas. p̄pe tamen ad sp̄i-  
tum sanctum pertinere dicitur  
quia ipse est sp̄itus adoptiois  
filiorū. ⁊ patris ⁊ filij amor. cō-  
nexio ⁊ caritas que est iustifi-  
catio nostra ⁊ requies.

**S**exta est q̄ in secunda tabu-  
la sunt septem mandata ad vi-  
cinationem proximi pertinentia.  
quorū primum ad carnalem p̄-  
trem pertinet. quod est honora-

patrem ⁊ matrem tuam vt sis  
longeuus super terram videnti-  
um. **P**arentes vero sic sunt  
honorandi. vt eis debita reue-  
rentia exhibeatur ⁊ necessitati  
ministratur. **S**ecundū est nō oc-  
cides. vbi scdm̄ lrām actus ho-  
micidij prohibetur. secundum  
vero sp̄itum etiam voluntas  
occidendi quod etiam lrā euan-  
gelij exprimit. **T**ercium est non  
mechaberis. id ē ne cuiuslibet mis-  
cearis excepto federe matrimo-  
nij. nomine mechie omnis cōcu-  
bitus illicitus illozq̄ membro-  
rum nō legitimus vsus debz  
intelligi. **Q**uartum est non faci-  
es furtum. vbi sacrilegium et  
omnis rapina prohibetur. fur-  
ti nomine intelligere voluit om-  
nem illicitam vsurpationem rei  
aliene. **S**acrilegium enim tribz  
modis committitur. quādo sci-  
licet sacrum de sacro. vel non sa-  
crum de sacro. vel sacroz de nō  
sacro auferitur. **S**acrum enim  
dicitur quicquid mancipatum  
est cultui diuino. vt ecclesia vel  
res ecclesie hic etiam prohibe-  
tur vsura. que sub rapina con-  
tinetur. **E**st etiaz vsura vt dicit  
augustinus cum quis exigit in  
iniuriam vel qualibz re quam  
accipit. supple ille qui exigit vt  
iniurians. vel ille a quo exigi-  
tur vt iniuriato. **Q**uintum  
preceptum est non loqueris cō-  
tra proximū tuum falsum testi-

monium. vbi crimen mendacij  
 ⁊ periurij prohibetur. Quidam  
 dicunt mendacium illud tantū  
 prohiberi quod obest ⁊ nō pro  
 dest ei cui dicitur. tale enim nō  
 est aduersus proximum. et idē  
 videatur hoc addidisse scriptu  
 ra.

¶ Septima est q̄ filij israhel  
 mutuantes vasa aurea ⁊ arge  
 tea ⁊ vestes preciosas ab egip  
 tijs. ⁊ asportantes non pecca  
 uerunt. quia iubente domino  
 illud fecerunt. sicut minister iu  
 dicis non peccat occidēdo quē  
 lex precipit. quod faceret si spō  
 re eum occideret.

¶ Octaua est q̄ illud quod tibi  
 non vis fieri vide ne feceris.  
 intelligendum est q̄ iniuste nō  
 facias. alioquin huius preua  
 ricator est iudex dum punit re  
 um. nolens aliquid talium sibi  
 fieri. Ita etiam ⁊ illud domini  
 verbū Oia quecumq; vultis vt  
faciant vobis homines ⁊c. de  
 bonis accipiendum est que no  
 bis invicem exhibere debemus.  
 Ita sunt duo precepta ad dile  
 ctionem proximi ordinata. vnū  
 affirmatiuum ⁊ aliud negati  
 uum.

Sequitur distinctio in qua agi  
tur de triplici genere mendacij  
⁊ quō sit veniale ⁊ quō dam  
nabile

**S**ciendum tamen  
 Distinctio tricesima  
 octaua continet con  
 elusiones nouem.

¶ Prima est q̄ tria sunt genera  
 mendaciorum.

¶ Primum est cum pro salute  
 vel commodo alicuius quod  
 non maliciose sed benigne dicitur.  
 qualiter obstetrices menti  
 te sunt.

¶ Secundum est quod fit ioco  
 quod non fallit. scit enim cui  
 dicitur q̄ causa ioci dicitur.  
 hec duo genera non sunt sine  
 culpa. sed non cum magna. per  
 fedis vero non conuenit menti  
 ri vtq; pro temporali vita a  
 licuius. ne pro corpore alicui  
 ius animam suam occidant. li  
 cet autem eis verum tacere. h  
 non falsum dicere.

¶ Tercium genus mendacij  
 est quod ex malignitate ⁊ do  
 plicitate procedit quod cunctis  
 valde cauendum est. mendaciū  
 autem obstetricum ⁊ raab fuit  
 veniale. sed non putet quis in  
 ceteris peccatis si propter libe  
 rationem hominis fiat ita pos  
 se consequi veniam. multa enī  
 mala detestanda talem sequun  
 tur errorem.

¶ Secunda conclusio est q̄ sūt  
 octo genera mendaciorum que  
 notanda sunt vt appareat q̄  
 sit veniale. ⁊ quō damnabile.

Primum capitale est quod fit in doctrina religionis quod longe est fugiendum, et ad quod nulla causa quisque debet adduci.

Secundum est tale quod nulli prodest sed obicit alicui. Tercium est quod ita prodest alteri quod obicit alteri. Quartum quod fit sola mentis fallendi libidine. Quintum est quod fit placendi cupiditate de suavi eloquio. Sextum est quod nulli obest sed prodest alicui in re temporali. Septimum est quod nulli obest sed prodest alicui ne moriatur. Octavum quod nulli obest et ad hoc prodest, ut ab immundicia corporali tueatur. In his autem tanto minus quisque peccat quanto magis a primo recedit.

Tercia conclusio est quod mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi, ut ergo mendacium sit, necesse est ut fallum proferatur et cum intentione fallendi. Istam autem descriptionem mendacium videtur includere.

Quarta est quod mentiri est loqui contra hoc quod homo animo sentit, siue illud verum sit siue falsum, unde qui dicit mendacium mentitur, quia loquitur contra illud quod animo sentit. Sed non omnis qui mentitur mendacium dicit, quia verum est aliquando quod loquitur mentiendo. Unde iuxta dicit cris-

stum deum verum, dicit verum et non dicit mendacium, mentitur autem quia dicit contra illud quod animo sentit.

Quinta est quod omne mendacium peccatum est, quia hoc debet homo loqui quod animo gerit, siue illud verum sit siue putetur et non sit, quia multum interest quo animo et de quibus rebus quis mentiatur.

Sexta est quod non sit accipiendum de omni mendacio. Illud psalmiste, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Nec illud Os quod mentitur occidit animam. Nec omne mendacium isto precepto prohiberi videtur. Septima est quod fallimur in quibusdam rebus magno malo, in quibusdam paruo, in quibusdam nullo.

Octava est quod licet errari non possit nisi rerum ignorantia, non tamen est consequens quod continue erret quisquis aliquid nescit, sed si quis existimat se scire et nescit, pro vero approbat falsum quod est erroris proprium.

Sed in quibus rebus quis errat differunt plurimum. Sunt enim quedam que nescire est melius quam scire, et nonnullis errare profuit, sed in via pedum non in via morum.

Nona est quod iacob interdebat obedire matri que per spiritum nouerat misterium. Ideo propter familiare consilium spiritus

sancti quod mater acceperat. &  
mendacio excusatur.

**N**unc. **D**istinctio  
tricesimanona contra  
nec conclusiones quin  
decim.

**P**rima est quod iurandum tres  
habet comites. scilicet veritatem  
iudicium. & iusticiam. & si ista de  
ficiunt non est iuramentum. sed  
perjurium.

**S**ecunda est quod ille perjurat  
qui falsum iurat voluntate fal  
lendi. & qui falsum putans quod  
verum est iurat. & qui verum  
putans quod falsum est iurat  
primus dicit mendacium & me  
ntitur. secundus non dicit menda  
cium sed mentitur. tertius non  
mentitur nec dicit mendacium  
sed tamen falsum dicit.

**T**ercia est quod perjurium est. vel  
iurando loqui falsum. sine intem  
tione fallendi. vel iurando loqui  
verum cum intentione fallendi.

**Q**uarta est quod omnis qui iu  
rat quod falsum est ex quo iu  
rat perjurus est. ut si iurat se a  
liquo facturum in futurum.  
sed ex quo propositum mutavit.  
vel terminum transgreditur. tunc  
iuratio fit perjurium reatu.

**Q**uinta est quod sponte & sine ne  
cessitate iuratio est grave peccatum  
est. ex necessitate autem iurare  
scilicet vel ad asserendam inno  
centiam. vel ad federa pacis con

firmanda. vel ad persuadendum  
auditoribus quod eis est utile  
malum non est quia necessarium  
est.

**S**exta est quod licitum est iurare  
per creaturas sanctis qui in cre  
aturis creatorem venerantur.  
Iudeis autem tanquam infirmis  
prohibuit. ne nisi per cre  
atorem iurarent. ne honorem  
creaturis non darent. exhibe  
rent. christus autem per creatu  
ras iurare prohibuit. ne aliquod  
divinum in eis crederetur. vel  
ne per eas iurantes putarent  
homines se iuramento non te  
neri.

**S**eptima est quod qui per deum  
iurat magis tenetur quam qui iu  
rat per evangelium & per crea  
turas. quia per eum hec facta  
sunt.

**O**ctava est quod dicere per deum  
iuro est testem adhibere deum.  
Unde dicere per deum recte est  
quod testis est michi deus. & dice  
re testis est michi deus est idem  
dico est quod per deum. unde iurare  
est ius deo reddere. ius scilicet  
veritatis & non falsitatis.

**N**ona est quod iurare per quam  
libet creaturam est creaturam esse  
ius testem adhibere. & ideo qui  
falsum iurat per lapidem periu  
rus est.

**D**ecima est quod in omni iurati  
one aut deus testis adhibetur  
aut creatura deo colligatur.

obligatur. Et est genus iuramenti grauissimum quod fit per execrationem. vt cum homo dicit si id feci illud patiar. vel cum dicit per salutem meam vel per filios meos oppignorat eos deo vt hoc veniat in caput eorum. quod exijt de ore ipsius siue verum siue falsum.

**Undecima** est quod qui iurat per falsos deos et fidem non suam bis peccat. quia et iurauit per quos non debuit. et contra fidem pollicitam fecit quod etiam non debuit. qui autem fide illius veritatem non ad malum. sed ad bonum non peccato illius se sociat. sine dubitatione autem minus malum est per deos falsos iurare veraciter. quam per deum fallaciter. Quanto enim magis per quod iuratur magis sanandum est. tanto magis est penale periurium.

**Duodecima** est quod iuramentum illud quod est contra fidem vel caritatem. quod obseruatum in peiorem vergit exitum. potius est mutandum quam implendum. Unde qui sic iurat vehementer peccat. cum autem mutat tu facit. qui autem non mutat tripliciter peccat. scilicet et quia iniuste iurauit. et quia facit quod non debet. Et tale iuramentum non obseruatum periurium dicitur. non quia reus sit. quia non obseruat. sed quia iurat iniustum ex quo reus est sicut ille qui per

iurat.

**Tredecima** est quod quacumque arte verborum quis iurat. deus tamen qui conscientie testis est ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit qui nomen dei in vanum assumit et proximum in dolo capit.

**Decima quarta** est quod si quis exigit ab eo iuramentum quem nescit falsum iuraturum non peccat. sed humana temptatio est. Si vero scit eum falsum iuraturum et cogit eum iurare vincit homicidam. quia homicida est qui corpus occidit. ille autem duas animas. scilicet eius quem iurare prouocat et suam.

**Decima quinta** est quod sancta synodus decreuit. quod nisi pro pace facienda omnes fideles ieiunium ad sacramenta accedant.

**Extum Distinctio** quadragesima continet conclusiones quatuor.

**Prima** est quod sextum preceptum secunde tabule est. non desiderabis uxorem proximi. **Septimum** est. non concupisces domum proximi tui. non seruum. non ancillam eius.

**Secunda** est quod in illis duobus preceptis positis distinctio sexta scilicet non mechandi. non furandi ipsa opera notata sunt et

phibita in duobus istis extre-  
mis ipsa concupiscentia. multū  
ergo differunt illa ab istis.

**T**ercia est q lex dicitur cōpri-  
mere manum ⁊ non animum. ⁊  
Euangelium vero manum ⁊ a-  
nimū. cum hic prohibeatur  
animus. Dicendum q illud de  
lege ⁊ dicitur scdm ceremonialia  
non scdm moralia. vel quia in  
lege non est generalis prohibi-  
bitio mori. ere concupiscentie. ⁊  
vt in euangelio.

**Q**uarta est q litteraz occidē-  
tem dicit apostolus decalogū.  
qui non dicitur littera occidēs  
eo q mala sit lex. sed quia pro-  
hibens peccatum auget concu-  
piscētia. ⁊ addit preuaricati-  
onez nisi liberet gratia. que nō  
sic abundat in lege vt in euan-  
gelio.

**Q**uinta est q littera euange-  
lij distat a littera legis. quia di-  
uersa sunt promissa. ibi terrena  
hic celestia. promittuntur etiaz  
diuersa sacramenta. quia illa  
tantum signant hec conferunt  
gratiam. diuersa etiam precep-  
ta quantum ad ceremonialia. ⁊  
nam quantum ad moralia sūt  
eadem sed plenius in euāgelio  
continentur.

Exp'iciunt conclusiones tercij  
lib. i sententiarum.

Incipiunt conclusiones  
quarti libri sententiarum

**A**maritanus? Di-  
stinctio prima qrti  
libri continet con-  
clusiones quatuor  
de im.

**P**rima ē q sacramentum est  
sacre rei signum. Est etiam sa-  
cramentum sacrum secretum. ⁊  
sic sacramentum sacrum signifi-  
cans ⁊ sacramentum significa-  
tum vtrūq dicit sacramentum  
se. nunc agitur de sacramento  
secundum quod est signum.

**S**ecunda est q sacramentū  
est inuisibilis gratie. v. sibi is  
form. vt eius similitudinez ge-  
rat ⁊ causa existat. Carnalia e-  
nim sacrificia ⁊ cerimonia vete-  
ris legis instituta fuerunt gra-  
tia significandi tantum. sed nō  
gratia sanctificandi. ⁊ ideo tan-  
tum signa fuerunt. nō sacramē-  
ta. licet minus proprie sacramē-  
ta dicantur. quia rem sacram  
significabant quam non presta-  
bant. Sacramenta autē noue  
legis instituta sunt non tantū  
gratia significandi sed etia san-  
tificandi.

**T**ercia est q signum est res  
que preter speciem quam inge-  
rit sensibus aliquid aliud facit  
in cognitione venire. Signorū

autem alia sunt naturalia, ut  
 funus signat ignem, alia sunt  
 data, et eorum quedam sunt sa-  
 cramenta et quedam non, et ideo  
 omne sacramentum est signum  
 et non econuerso.

Quarta est quod sacramenta fu-  
 erunt instituta propter tria, scilicet  
 propter humiliationem ut  
 homo rebus inferioribus ex pro-  
 pter se subiciens humiliat  
 deo se placeat deo. Et propter e-  
 ruptionem ut per illud quod  
 foris cernitur interioris inuincibilis  
 agnoscatur. Et propter exerci-  
 tationem, ut per uitilem exerci-  
 tationem nos declinemus oc-  
 cupationem. unde iheronimus  
 monet. Semper aliquid boni  
 operis facito ut te dyabolus oc-  
 cupatum inueniat. Exercitatio  
 nis autem tres sunt species, u-  
 na ad edificationem anime per  
 tinct, altera ad corporis fomen-  
 tum, tertia ad uirtutis subuersi-  
 onem. Cum igitur absque sacra-  
 mentis quibus deus non alligauit  
 potentiam suam homini gratiam  
 deus dare potuisset proinde  
 de causis sacramenta instituit.

Quinta est quod sacramentum  
 in duobus consistit, que sunt uer-  
 bum et res, uerbum inuocatio  
 trinitatis, res aqua et oleum et  
 huiusmodi.

Sexta est quod differentia est in-  
 ter sacramenta noue legis et ue-

teris uocando sacramenta, sa-  
 crificia, oblationes, et huiusmo-  
 di, quia illa tantum promitte-  
 bant et significabant, ista autem  
 dant salutem.

Septima est quod inter illa sacra-  
 menta fuit circumcisio, per quam  
 ex quo instituta fuit, deus pre-  
 stitit remissionem originalis pec-  
 cati et actualis paruulis et ma-  
 ioribus sicut nunc per baptismum  
 datur, excepto quod regni celestis  
 ianuam nondum intrare pote-  
 rant, tamen in sinu abrahe qui  
 escebant.

Octaua est quod ex quo fuit in-  
 stituta, masculi qui ex abraha  
 prodierunt, iustificabantur per  
 circumcisionem. Femine uero  
 per fidem et operationem bonam  
 uel suam si adulte erant, uel pa-  
 rentum si paruule. Illi uero pu-  
 uuli qui fuerunt ante circumci-  
 sionem in fide parentum iustifi-  
 cabantur, parentes uero per  
 uirtutem sacrificiorum, quam  
 scilicet intelligebant specialiter  
 in illis sacrificijs.

Nona est quod circumcisionis  
 mandatum fuit datum abrahe  
 et semini eius id est omnibus he-  
 breis, que fiebat secundum legem oc-  
 tauo die cultro lapideo in car-  
 ne prepuj.

Decima est quod circumcisio fu-  
 it data ut per obedientiam mandati

abraham placeret deo cui per  
preuaricatione adam displicu  
erat. 7 in signum magne fidei  
abrahe. quia credidit se habitu  
rum filium in quo fieret bene  
dictio omnium. Erat etiam ut  
ille populus hoc sig. 70 pre cete  
ris nationibus discernetur.

**C** Duodecima est q̄ circa nei 10  
iussa est fieri in carne prepucij.  
eo q̄ in litura erat in remissio  
nem originalis peccati quod a  
parentibus trahimus per con  
cupiscentiam. que in parte illa  
plus dominatur. 7 quia in par  
te illa primus culpam inobedi  
entie sensit. decuit ut ibi signuz  
obedientie acciperet.

**C** Duodecima est q̄ octauo die  
petrino cultro fiebat. quia i re  
surrectiōe communi octaua eta  
te futura per pet. am xpm om  
nis ab electis abscindetur cor  
ruptio. 7 per xpi resurrectionem  
octaua die factam circumcidit  
anima a peccatis cuiuscunq̄ in  
eum credentis. 7 ita due res  
sunt ipsius sacramenti.

**C** Tredecima est q̄ circumcisio  
mutata est per baptismum. q̄  
sacramentum baptismi est com  
munius 7 perfectius. Nam in  
circumcisione peccata debebant  
h̄ gratia adiut. it ad bene ope  
randuz non dabatur. nec virtu  
tum possessio vel augmentum  
quod fit in baptismo.

**C** Decimaquarta est q̄ de par

uulis qui ante octauam diei  
moriebantur potest sentiri 7 vi  
ci quod de paruulis ante bap  
tismum defundis. quos perire  
constat. forte tamen sub lege in  
g. uete necessitate mortis ante  
octauam diem circumcidebant  
sicut modo fit in ecclesia de bap  
tismo. **E**t nota q̄ si sic ing. u  
ente necessitate mortis ante oc  
tauam diem circumcidebant.  
circumcisio suum habebat effe  
ctum. Si tamen nō circumcide  
bāt ante diem octauam mortis  
timore. saluabatur puer in fide  
parentum. Unde non teneb. ma  
gister qui dicit q̄ damnabant.

**I**am ad sacramenta  
Distinctio secunda cō  
tinet conclusiones sep  
tem.

**C** Prima est q̄ noue leg. s sunt  
septē sacramenta. scz bap. tismus  
confirmatio. eucharistia. penitē  
tia. extrema vndio. ordo. coniu  
gium. quoruz aliqua prebēt re  
medium cōtra peccatum. 7 gra  
tiam conferunt ad uitricem ut  
baptismus. alia i i remediūz tā  
tum sunt ut coniugium. Alia  
gratia 7 virtute nos fulciunt.  
ut eucharistia 7 ordo.

**C** Secunda est q̄ sacramenta  
illa que ex xpi passione 7 mor  
te virtutem sortita sunt non e  
rant danda ante christi aduent  
um qui gratiam attulit. Xps

autem venire noluit anteq̄ de lege naturali ⁊ scriptura conuinceretur homo q̄ neutra iurare posset

¶ Tercia est q̄ coniugium fuit institutum ante peccatum non propter remediū. sed ad sacramentum ⁊ officium scilicet generationis. post peccatum vero fuit in remediū contra carnis concupiscentiam.

¶ Quarta est q̄ baptisimū xp̄o iohannes suo baptisimo preueniabat. Baptisimus autē iohannis erat in aqua solu. quia exterius lauabat. interius autē non conferebat gratiam nec remissionem peccatorum. erat autem in penitentiā non in remissionem. quia quos baptisabat ad penitentiā vocabat ⁊ penitente e vocabat. ⁊ ad baptisimum xp̄i homines vsu baptisandi p̄parabat.

¶ Quinta est q̄ baptisimus ille didus est iohannis. quia ibi nichil agbatur quod non agerz iohannes. operatio tamen illa iohannis erat a deo. ⁊ etiam baptisimus ille.

¶ Sexta est q̄ baptisimus iohannis poterat dici sacramentum. sicut ⁊ legalia. Significabat etiam sacram s3 baptisimū xp̄i. qui non est tantum penitentię. sed etiam remissionis peccatoꝝ

¶ Septima est q̄ forma baptisimi iohannis erat. q̄ in nomine

uenturi baptisabat. Et illi qui baptisati sunt a iohanne nescientes spiritum sanctū esse. ⁊ spem tantum in illo baptisimo posuerunt. postea baptisati sunt baptisimo xp̄i. Illi autē qui spem in baptisimo iohannis non posuerunt. ⁊ patrem ⁊ filium ⁊ spiritum sanctum credebant. baptisati non fuerunt nisi tantum a iohanne. sed impositione manuum ab apostolis super eos facta spiritum sanctum receperunt. Et notandum q̄ magister b̄nō tenetur. nam baptisati baptisimo iohannis erāt baptisimo xp̄i rebaptisandi.

**P**ost hec Distinctio tertia habet cōditiones decem.

¶ Prima est q̄ baptisimus est cōditio id est ablutio corp̄is exterior facta in aqua sub forma verborum prescripta De substantia enim huius sacramenti sūt verbum ⁊ elementum id est ablutio in elemento. Tertia autē ad solemnitatem eius pertinet

¶ Secunda est q̄ verbum illud sue forma prescripta baptisimi est inuocatio trinitatis vt scilicet baptisimus fiat in nomine patris ⁊ filij ⁊ sp̄s sancti. nō in nobz s3 in noie id ē inuocatioe.

vel confessione patris et filii et spiritus sancti, unde si diceretur in nominibus non esset ibi sacramentum, quia ibi non servatur forma.

**T**ercia est quod si quis baptizaretur in nomine christi baptizatus est, sicut legitur ad iuz iij, quia in christo trinitas intelligitur. Intelligitur enim pater a quo unctus est, et ipse qui unctus est, et spiritus sanctus per quem unctus est.

**Q**uarta est quod baptismus secundum ambrosium potest dari in nomine patris tantum, vel spiritus sancti tantum, vel christi similiter. Si tamen iste qui baptizat fidem trinitatis teneat, quod trinitas in quolibet horum nominum intelligitur. Si autem puerse credens et errorem inducere intendens, de tribus tantum unum nominans non impleuit misterium.

**Q**uinta est quod baptismi institutio dicitur facta quando christus a iohanne baptizatus fuerat, tunc enim vim regeneratiuam aquis contulit radu sue mundi carnis, ut qui postea mergere in nomine trinitatis a peccatis purgaretur, ubi etiam trinitas innotuit, unde et in forma scilicet in inuocatione trinitatis apostoli etiam ante passionem baptizabant.

**S**exta est quod hoc sacramentum

in aqua tantum celebratur ut intelligatur, quia sicut aqua abluunt sordes corporis, sic baptismus maculas anime, et ut nullum inopia excusaret quod posset fieri nisi in vino vel oleo fieret et ut materia baptizandi inueniretur apud omnes quod aqua illa significauit, que de christi latere manauit.

**S**eptima est quod baptismus est immergendus semel vel tercio pro vario more ecclesie, et verum baptismum suscepit si tantum semel immersus fuerit, et qui semel immergit tantum non peccat, nisi consuetudo ecclesie obstitat vel nisi hoc modo tantum debere fieri asserat.

**O**ctava est quod legalia omnia et circumcisio in morte christi terminata sunt, nec extunc profuerunt, sed potius obseruatoribus obfuit, ante tamen circumcisio potuit prodesse.

**N**ona est quod causa institutionis baptismi est inuolutio mentis, ut homo qui per peccatum vetus fuerat, per baptismum gratiam inuoluetur, quod fit depositione viciozum, et collatione virtutum, et hec est res huius sacramenti, scilicet interior mundicia siue iustificatio.

**D**ecima est quod additum regni non aperuit nobis circumcisio neque baptismus, sed hostia saluatoris, que si tempore circumcisiois

oblata fuisset in regnum intras-  
sent homines illius temporis.

**H**ic dicendum. di-

stinatio quarta conti-

net conclusiones sex.

¶ Prima est q̄ aliqui suscipiunt

sacramentum baptismi ⁊ rem

sacramenti. vt omnes paruuli

⁊ adulti nisi enormitas vite im-

pediat. In paruulis enīz delet

tantum originale. in adultis o-

mnia actualia que

male viuendo addiderunt.

¶ Aliqui suscipiunt sacramentuz

tantum ⁊ non rem sacramenti.

vt adulti fide accedentes non

habentes veram cordis contri-

tionem. Aliqui vero rem ⁊ nō

sacramentum. passio enim xp̄o

illata v̄i baptismi supplet. et fi-

des ⁊ contritio vbi necessitas ex-

cludit sacramentum. Si enīm

paruulis non valētibus crede-

re sufficit baptismus. multoma-

gis sufficit fides adultis volē-

tibus. sed non valentibus bap-

tisari

¶ Secunda est q̄ illud apostoli

Quotquot in christo baptisati

estis christum induistis. potest

intelligi q̄ qui in xp̄o idest in

xpi conformitate baptisantur.

vt s̄ moriantur vetustate pec-

cati sicut xp̄us vetustate pene

induunt xpm quem per graciā

inhabitantē habent. vel aliter.

q̄ omēs qui in nomine xpi bap-

tisari

tisari christuz induit etiā p̄ sa-  
cramenti assumptionem vel p̄  
rei acceptionē.

¶ Tercia est q̄ illud iohannis

e cundo. Nisi quis renatus fu-

erit ex aqua ⁊ spiritu sancto nō

potest intrare in regnum dei. in-

telligendum est de hīs qui pos-

sunt ⁊ contemnunt baptisari.

¶ Mel ita. Nisi quis renatus fu-

erit ex aqua ⁊ spiritu sancto nō

potest intrare in regnum dei. id

est ea regeneratione que fit per

aquam ⁊ spiritum sanctum. illa

autem regeneratio fit non tan-

tum per baptismum. sed etiam

per penitentiam ⁊ sanguinem.

¶ Quarta est q̄ non tantum

valet fides aliena paruulis. q̄

tum propria adultis. ¶ Paruul-

enim non sufficit fides ecclesie

sine sacramēto. qui si absq̄ bap-

tisimo fuerint defuncti. etiaz cū

deferentur ad ecclesiaz damna-

buntur.

¶ Quinta est q̄ adultis per fi-

dem ⁊ contritionez iustificatis

⁊ a debito pene eterne absolu-

tis. baptisatus cum ipsum per-

cipiunt cōfert q̄ a peccato mū-

dantur. si que postea cōtraxe-

runt. ⁊ ab exteriori satisfactio-

ne qua penitentes ligantur in

ecclesia absoluuntur. ⁊ gracia

adiutrix. omīsque virtus auget

vt ille nouus hō tūc possit dici

et fomes peccati i eo amplius

debilitatur, et omnia ista cum ista  
 iustificatione etiam prius habita  
 sunt res istius sacramenti. Nec  
 est mirum si res aliquando prece-  
 dit sacramentum, ut in propo-  
 sito iustificatio, nam et aliquan-  
 do post res sequitur sacramen-  
 tum, ut in fido qui recedente fidi-  
 one rem sacramenti percipit quod  
 ante susceperat, quod si nunquam  
 a fide recederet esset res illi-  
 us sacramenti illud quod fieri  
 nisi enormitas illorum impediret.  
**S**exta est quod de adultis qui  
 digne suscipiunt sacramentum  
 non ambigitur quin gratiam  
 operantem et cooperantem per-  
 cipiant. De parvulis autem qui  
 vram putant idem, quidam dicunt  
 ei dari in munere non in usu, ut  
 cum ad maiorem venerint eta-  
 tem ex munere forciantur usum  
 nisi per liberum arbitrium usum  
 muneris extinguant peccando

**P**ost hec Distinctio  
 quinta continet con-  
 clusiones tres.

**P**rima est quod baptismus verus  
 a bonis et a malis ministris e-  
 que beatus est, et eternale dat  
 munus in bonis, siue a bonis  
 ministris siue a malis baptisen-  
 tur, quia ministerium baptisan-  
 di tantum habent, non potesta-  
 tem, quia illam Christus sibi retinuit,  
 sed si voluisset illam dare ser-  
 vis potuisset, sed noluit ne ser-

vus in seruo spem poneret.  
**S**ecunda est quod si in heresi qua-  
 cumque vel scismate quisque in no-  
 mine patris et filii et spiritus sancti  
 sacramentum baptismi acci-  
 pit, integrum sacramentum ac-  
 cipit, sed salutem non habebit quod  
 virtus sacramenti est. Si sacra-  
 mentum acceperit extra ecclesiam  
 catholicam redire debet, non ut  
 sacramentum baptismi iterum  
 accipiat quod nemo debet in a-  
 liquo repetere, sed ut in societa-  
 te catholicam vitam accipiat.  
**T**ercia est quod illa potestas qua  
 dare potuit et non dedit non est  
 potentia eadem qua deus po-  
 test, sed potentia creata qua ser-  
 vus potest dimittere peccata in  
 baptismo, id est ut in emundati-  
 one interiori servus cum domi-  
 no cooperetur, non servus sine do-  
 mino, nec sine seruo dominus,  
 sed dominus cum seruo et in ser-  
 uo sicut in exteriori ministerio do-  
 minus operatur cum seruo et in  
 seruo. Ita etiam deus potest  
 per aliquem creare aliqua non  
 per eum tanquam per auctorem, sed  
 ministrum cum quo et in quo  
 operaretur sicut in bonis operi-  
 bus nostris ipse operatur et nos,  
 nec ipse tantum nec nos tantum  
 sed ipse in nobis et nobiscum, et  
 tamen in illis agendis ministri  
 eius sumus, non auctores, sup-  
 ple principales.  
**E**t sciendum quod hic non tenet

communiter magister scilicet q  
deus possz p aliquē creare aliq

**H**inc quibus **Dis**  
tinctio sexta continet  
conclusiones qua. u.  
ordecim.

**¶** Prima est q sacramentum  
baptismi potest dari ab omī ho  
mie siue sit masculus siue femi  
na. sed a solis sacerdotibus de  
bet dari nisi necessitas cogat.

**¶** Secunda est q baptisati ab  
hereticis in forma ecclesie non  
sunt reprobādi. quia baptismuz  
perceperunt. Si autē extra for  
mam ecclesie baptisarentur. illi  
baptisati non essent.

**¶** Tercia est q licet qui baptisa  
tur ter immergitur propter mil  
terium trinitatis. tamen vnus  
baptismus reputatur.

**¶** Quarta est q in materno v  
tero baptisari non potest. etiam  
si mater baptisetur. quia q na  
tus non est secundum adam se  
cundum christuz non potest re  
nasci. q si obiciatur de iohanne  
baptista. et iheremia et iacob vi  
cimus illos preter communem  
modum in vtero iustificatos. et  
gratia preuentos dimissis pec  
catis omnibus.

**¶** Quinta est q si quis bapti  
sans non introducens heresim  
vel errorem. sed pro sola ignorā  
tia ratione locutionis corrupte  
profert verba dicendo. in nomi

ne patria et filia et spiritus sanc  
ta baptisatus est.

**¶** Sexta est q illi sunt baptisan  
di de quibus nulla exstant iu  
dicia inter propinquos vel cle  
ricos et vicinos q fuerunt bap  
tisi. in quibus quod nō osten  
ditur non videtur iteratum.

**¶** Septima est q si quis iocan  
do demergatur in aqua in no  
mine trinitatis non est baptisa  
tus. quia nec intentione bap  
tismi illud geritur. Nam i hoc  
et in alijs sacramentis sicut for  
ma est seruanda. ita et intentio  
celebrandi ibi est habenda.

**¶** Octaua est q si quis paru  
los ad baptismuz ferat. non ea  
intentione vt regeneretur. sed vt  
remedium temporale recipiat.  
nichilominus regeneratur.

**¶** Nona ē q in baptisādo duo  
tempora sunt seruāda. nam in  
sabbato pasce vel penthe. est  
sacramentum baptismi celebrā  
dum. nisi necessitate mortis vel  
periculi urgente. sic enim potest  
omni tempore baptisari.

**¶** Sciendum q ista observatio  
duorum temporum baptisandi  
hodie non seruatur.

**¶** Decima est q omnis veniēs  
ad baptismum fidem suā proffi  
teri debet et exponere quid pe  
tit. vñ ab eo petitur qd venisti  
ad ecclesiam petere q si adu  
sus est pro se respondeat fidem  
id est sacramentum fidei et voc

firmam. Ita etiam per singula interrogatus respondeat se credere in patrem et filium et spiritum sanctum. Si autem paruulus est non valens credere vel loqui alius pro eo respondet sub hoc sensu. **F**idem peto. id est sacramentum fidei presto sum accipere. **E**redo id est sacramentum fidei suscipio. hoc est quod paruulus presto est sacramentum fidei accipere.

**A**ndecima est quod pro paruulo spondetur quod si ad maiorem etatem venerit et pompis dyaboli renunciabit et sanam fidem tenebit cuius sacramentum tunc recipit. hanc autem sponditionem paruulus pro quo fit tenebit. non sponsor. **S**ed tamen ut cautius impleatur quantum in se est operam dabit. quia erigitur a patre diligens circa eum pro quo spondebat sollicitudo.

**D**uodecima est quod ante baptismum fit catechismus id est instructio. **C**atechizare enim est instruere de simbolo ac de rudimentis fidei. **S**ymbolum autem dicitur signum quia in eo fideles ab infidelibus discernunt. **C**ollatio autem dicitur. quia ibi totius fidei et sufficientia et integritas collata est. **P**ost catechismum autem sequitur exorcismus id est adiuratio. ut ab eo qui iam in fide instructus est aduersarij virtus pellatur. **E**xor-

cizare enim est adiurare. ut etiam ab eo spiritus immunde.

**T**redecima est quod catechismus et exorcismus neophitorum sunt et magis sacramentalia quam sacramenta dici debent. **N**eophitus nouicius interpretatur vel rudis. et dicitur neophitus nuper ad fidem conuersus. vel in disciplina religiose conuersationis rudis.

**D**ecimaquarta est quod hec precedunt baptismum. non quia sine eis possit esse verus baptismus. sed ut baptisandus de fide instruat. et sciat cui debitor fiat deinceps et ut dyaboli potestas in eo minuat.

**N**unc Distinctio  
Septima continet conclusiones sex.

**P**rima est quod sacramenti confirmatio forma est. sed verba que episcopus dicit cum baptisatos in fonte sacro signat criminate.

**S**ecunda est quod hoc sacramentum ab alijs perfici non potest nisi a sumis sacerdotibus. nec tempore apostolorum ab alijs quam ab ipsis apostolis legitur peractum.

**T**ercia est quod virtus huius sacramenti donatio spiritus sancti ad robur qui in baptismo datus est in remissione. unde omnis fidelis per impositionem ma-

nus episcoporum post baptismum dicitur accipere spiritum sanctum ut plene christiani inveniatur

Quarta est quod istud sacramentum dicitur maius baptismo veneratione, quia a dignioribus datur et in digniori parte corporis, sicut in fronte, vel quia maius augmentum virtutum prestat licet baptismus ad remissionem plus valeat.

Quinta est quod semel tantum dicitur et estimatur presbiteris crimine in fronte ungeri baptisatos, per scandalo sedando

Sexta est quod hoc sacramentum ieiunus et a ieiunis tradi debet nec debet iterari, sicut nec baptismus nec ordo. Nulli enim sacramento facienda est iniuria quod fieri putatur quando non iterandum iteratur

**P**ost Distinctio octava continet conclusiones sex

Prima est quod per baptismum mundamur, per eucharistiam in bono confirmamur, baptismus est vitiorum extinguit, Eucharistia spiritualiter reficit, unde excellenter bona gratia dicitur, quod in hoc sacramento non tantum modo augmentum virtutis et gratie, sed ille totus sumitur quod est fons et origo gratie, recte etiam viaticum appellatur, quia in via reficiens, nos usque in patriam deducit. Et sicut in mari ru-

bro figura baptismi precessit, ita in manna sanctificatio domini, et corporis, que duo sacramenta monstrata sunt ubi de cruce lateris sanguis et aqua defluerunt

Secunda est quod sacramentum eucharistie deus instituit, quando post agnum typicum corpus suum et sanguinem discipulis in cena porrexit

Tercia est quod eius forma est quod dominus edidit dicens, hoc enim est corpus meum, et post, hic est sanguis meus etc. Cum enim verba proferuntur conversio fit panis et vini in substantiam corporis et sanguinis christi, reliqua verba omnia ad laudem dei dicuntur

Quarta est quod celebratio typico pascha corpus suum et sanguinem sub specie panis et vini tradidit, ut ostenderet legis veteris sacramenta in morte sua terminari, et nove legis sacramenta substitui

Quinta est quod non est calumpniandum ecclesie quod a ieiunis semper corpus domini sumitur, licet post cibos alios ipsum discipulis dedit quia ita placuit spiritui sancto ut prius in os christiani intret corpus dominicum quam alij cibi

Sexta est quod in isto sacramento tria sunt distinguenda, unum quod tantum est sacramentum et non res ut species visibilis panis et vini, alterum quod est sacramentum et res ut propria caro christi, tertium quod est res et non sacra-

mentum ut mystica caro cristi q̄  
est vnitas fidelium. species ergo  
illa visibilis sacramentū est ge-  
neris rei. q̄ utramq; rem signat et  
vtriusq; gerit similitudinem ex-  
pressam.

**E** sicut . distinctio  
nona continet vnā  
conclusionem. que est  
q̄ corpus dñi quidā māducāt  
spiritualiter tantum. ut qui ma-  
nent in vnitate cristi ⁊ eccleſie.  
quam sacramentum significat.  
Quidā sacramentaliter ut ma-  
li. qui vere corpus dñi sumūt. h̄  
sacramentaliter nō spūaliter. ⁊ idō  
iudiciū sibi manducāt ⁊ bibunt  
Alij sacramentaliter ⁊ spūaliter  
ut boni ipm sacramētū percipiētes

**U**nt distinctio. de-  
cima continet conclu-  
siones duas

**P**rima est q̄ quidā heretici  
dixerunt. q̄ in altari nō est cor-  
pus cristi v̄ sanguis. nec substā-  
tiam panis v̄ vini. in substāti-  
am carnis ⁊ sanguinis conuertī  
h̄ dicūt corpus cristi ibi eē ⁊ su-  
mi tm̄ i sacramēto id est i signo  
⁊ ita xp̄s dixit hoc est corpus  
meū. sicut ap̄tus. petra aut̄ erat  
xp̄s.

**S**ecunda est q̄ ostat v̄ corpus  
xp̄i ⁊ sanguinē i altari eē  
p̄mo itegrū xp̄m sub vtraq; spe-  
cie. ⁊ substātiā panis in cor-  
pus. ⁊ vini substātiā i sangui-

nem conuerti

**S** autem distinctio  
vndecima cōtinet cō-  
clusiones duodecim.

**P**rima est q̄ ouerſio q̄ panis  
in corpus xp̄i ⁊ vinū in sangui-  
nem ouerſit nō est formalis. q̄  
species rerū que ante fuerant r̄  
manent. ut sapor. ponus. sed  
videt̄ quibusdam q̄ sit substā-  
tialis. q̄ substātia ouerſitur i  
substātiā

**S**ecunda est q̄ ex cōuersione  
ista nulla mutatio fit in corpore  
xp̄i v̄ i sanguine. nec aliq̄ eis ad-  
ditur v̄ auget̄. sed substātia il-  
la fit illa. sine v̄llo augmento

**T**ercia est q̄ quidā nō occidit  
q̄ substātia panis aliq̄n fit caro  
xp̄i. ⁊ si fiat caro xp̄i. sic fit sicut  
farina facta est panis. ⁊ aq̄ facta  
ē vinū. ⁊ tam̄ nō dicit̄ farina ē  
panis. ⁊ aqua est vinū. Alij oc-  
cū illud qd̄ erat panis et vinū  
post cōsecratiōez eē corpus ⁊ sag-  
uinē. nō q̄ maneat panis. h̄ q̄  
mutata substātia panis in cor-  
pus xp̄i. nec dicimus substātiā  
panis ⁊ vini esse materiā corpo-  
ris xp̄i v̄ sanguinis. q̄ si de ea  
ut de materia format̄ corpus  
xp̄i. h̄ ip̄a i illud format̄. i. tran-  
substātiat̄. ⁊ efficit̄ illud. Alij  
dicūt ouerſiōne illā itelligendā  
ut s̄ illi acc̄tibus s̄ q̄bus p̄us  
erat substātia panis ⁊ vini post  
cōsecratiōez sit substātia corporis

et sanguis cristi. sic tamen ut non  
eis afficiatur. Et sic dicunt tra  
sire panem in corpus cristi. quia  
ubi erat prius panis. nunc est  
corpus cristi. dicunt aut panem in  
nihilum redegei vel in materiam  
preiacentem resolui. Alij puta  
uerunt ibi substantias panis et  
vini remanere et ibi corpus xpi  
esse et sanguine. et hac ratione di  
ci substantiam illam fieri illam  
quia ubi est hec et illa. sed quod ibi  
non sit substantia nisi corpus  
cristi et sanguis patet ex predic  
tis. et ex subdicendis aperte oste  
ditur

Quarta est quod post consecrati  
onem non est ibi substantia pa  
nis vel vini. licet species rema  
neat. Est enim ibi species panis  
et vini. sicut color et sapor. unde  
aliud videtur. aliud intelligit

Quinta est quod cristus sub alia  
specie corpus suum et sanguine  
tradidit. et deinceps sumi istitu  
it tribus de causis. Primo ut hi  
des haberet meritum que est de  
hijs que non videntur. Secundo  
ne abominaret animus carne  
crudam comedere. quia hoc non  
habemus in usu. Tercio ne ab  
incredulis cristi religioni insul  
taretur quod cruorem occisus homi  
nis bibemus

Sexta est quod sub duplici specie  
sumitur cum sub utraque totus  
sit xps nec plus sub utraque. nec  
minus sub altera tantum sumitur

ut ostenderet totam naturam hu  
manam assumpsisse et totam re  
dimisse. scilicet corpus et animam  
panis enim ad carnem. et sang  
uis ad animam referunt. ut utrius  
que liberatio in nobis esse significetur  
Septima est quod licet sub utraque  
specie totus xps sumatur. non tamen  
fit ouerho panis nisi in carnem  
nec vini nisi in sanguine. nec de  
bet dici duo sacramenta. sed unum  
quia sub utraque specie idem sumi  
tur. nec debet dici iterari sacra  
mentum. quia benedictio non repeti  
tur super eandem speciem. Nec  
alie substantie in sacrificium of  
ferri debent. quia de alijs non po  
test consecrari corpus cristi vel sa  
guis

Octava est quod aqua miscenda  
est vino in calice. nam et cristus  
hoc fecit et aqua populum signat  
quod per xpi passionem est redemptus  
Nona est quod si quis non intendens  
introducere heresim oblivione et  
ignorantia. aquam pretermitte  
ret non videretur esse irritum sa  
cramentum. sed ille graviter el  
set corripendus. nam et greco  
rum ecclesia non apponere aquam  
dicitur.

Decima est quod aqua sine vino  
nullatenus potest in sacrificium  
offerri. nec panis nisi de frumē  
to. nec granum frumenti. nisi re  
volutum in panem fuerit quia et cristus  
se panem dicit. et grano frumen  
ti se operat

**Undecima** est q̄ x̄ps tale corpus dedit. quale habuit id est mortale et passibile. nunc autem sumitur a nobis immortale et impassibile. non tamen habet maiorem efficientiam.

**Duodecima** est q̄ eucharistia intincta non debet dari populo pro supplemento communionis. quia non legitur x̄pm alicui discipulo prebuisse panem intinctum nisi iude tunc vero non accepit in vas corpus cristi. sed tantum panem. Corpus vero et sanguis x̄pi ante cum alijs discipulis per ceperat.

**S**ed autem **Distinctio** duodecima continet conclusiones octo.

**Prima** est q̄ accidentia que remanent scilicet species saporis et pondus. potius mihi videtur fatendum existere sine subiecto quam in subiecto. quia ibi non est substantia nisi corporis et sanguinis domini. que non afficit illis accidentibus. non enim tales forma in se habet corpus x̄pi. sed qualiter in iudicio apparebit.

**Secunda** est q̄ quidam dicunt q̄ ibi non est fractio sicut videtur sed dicitur frangi. quia videtur frangi. Alij dicunt q̄ sicut ibi est species panis et non est ibi res cuius vel in qua sit illa species ita est ibi fractio que non fit in aliqua re. quia nihil ibi frangitur.

**Alij** dicunt corpus cristi essentia aliter frangi et dividi et tamen integrum et incorruptibile existere. Sed dicendum est q̄ ibi est vera fractio et partitio que non fit in substantia. sed in sacramento id est in specie. cristi autem corpus totum et integrum est et sine ulla partibus.

**Tercia** est q̄ triforme est corpus cristi. nam pars hostie missa in calicem corpus cristi iam resurrexisset monstrat. pars comesta ambulans ad huc super terram. pars in altari usque ad finem missae permanens corpus cristi iacens in sepulchro. nam usque in finem seculi corpora sanctorum in sepulchris erunt. fractio autem passionis cristi et mortis est resurrectionis. Et est notandum q̄ hostia non servat morem de reservatione pro parte una usque ad finem missae.

**Quarta** est q̄ caueat quisque ne indignus percipiat. quia iudicium sibi manducat. indignus est qui aliter celebrat misterium quam x̄ps tradidit. vel qui habet mortale peccatum accedit. sic ergo vive ut cotidie merearis accipere ait ambrosius.

**Quinta** est q̄ illud quod gerit sacerdos in altari est et dicitur sacrificium vel imolatio. et semel crucifixus mortuus est in cruce. sed ibi et immolatus est in seipso. **Cotidie** autem immolatur in sacramento. quia in sacramento recordatio fit illius quod

factum est semel et ubicumque offeritur unum est corpus christi. et ita unum sacrificium. unde hostiam quam christus optulit offerimus et nos. sed quod nos agimus est recordatio illius sacrificii.

¶ Sexta est quod hoc sacramentum institutum est in augmentum virtutis. scilicet caritatis. et in remedium cotidiane infirmitatis. valet enim ad remissionem vel alium.

¶ Septima est quod misterium fidei dicitur quia credere debes quod ibi salus nostra consistat.

¶ Octava est quod cotidie eucharistiam sumere nec laudo nec vitupero. omnibus tamen dominicis diebus communicandum horum. si tamen mens in affectu peccandi est gravari magis dico eucharistie perceptionem purificari. si non frequentius saltem ter in anno communicent homines. nisi forte quis criminalibus impediatur. scilicet in paschate. pentecoste. et natali. Et notandum quod hodie fideles communicare non tenentur. nisi tantum semel in anno. extra de peccato et re. omnis utriusque sexus. nisi ratione officii sicut sacerdos semper tenetur communicare quotienscumque conficit corpus domini. de consecratione. relaturus vel ratione periculi ut in gravi infirmitate in qua est mortis periculum.

**D**olet etiam distinctio tredecim habet conclusiones quinque.

¶ Prima est quod de corpore domini. de baptismo et crismate hoc tenendum est. quod beatorum dispensatorum meritis non ampliatur nec malorum demeritis advenitur. unde aliqui mali sacerdotes vere consecrant. quia non in merito consecrantis. sed in verbo efficitur salvatoris.

¶ Secunda est quod excommunicati vel de heresi manifesta notati. et simoniaci non videntur hoc sacramentum posse conficere licet sacerdos sit. quia nemo in ipsa consecratione dicit offero. sed offerimus et nemo nisi fuerit de ecclesia catholica dicit offerimus quasi ex persona ecclesie. Et ideo licet alia sacramenta extra ecclesiam possunt consecrari de hoc non videtur. hic non tenetur magister nisi intelligas quod de iure non possunt.

